

Pri. 34. Num. 22. 23
B DISSE^TATI^O INAU^GURALIS
^{DE}
CULPA LATA
TUTORIS 1709. 6.
^{AB}
HEREDIBUS PRÆSTANDA
QVAM

ASSISTENTE DIVINI NUMINIS GRATIA,
CONSENTIENTE MAGNIFICO FCTORUM ORDINE,
PRÆSIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
DN. JOH. JOACH. Schöpffer/

JCTO ET ANTECESS. CELEBERR. COMITE PA-
LAT. CÆSAREO, CONSISTORII DUCALIS CONSILIARIO NEG
NON CANCELLARIE MECKLENB. VICE-DIRECTORE
GRAVISSIMO, FCTATIS JURID: h. PRO-
DECANO SPECTABILI.

PATRONO, ATQVE PRÆCEPTORE SUO,
AD CINERES USQVE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SMMOS IN UTROQVE JURE HONORES CONSE^QVENDI,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENR. TANCK, WISMAR:

AD D. XIX, DEC: A. R. O, MDCCIX. HORIS ANTE- & POMERID:

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. ET ACAD. TYPOGR.



DIESER TAG JO. INAGURAVIT
CURPALLA
TUTORIS
HEREDIBUS PRESTDADA

ASSISTENTE DULMII HUMMIS CREATI
COMITAVITUR THERAPICIS DOCTORVM QDVINIS

PRESIDOR

PRO TRICETRIBUS, TETRACONTRIBUS, COMBINATIBUS
TETRAHEDRON, CONSTATVLA DOCTRINIS CONTRIVTORYC
NON ENCLIVITATE MECMIS, VIVID-PRECOTAB
QUADRASIMO, ROTATORIUS, VIVID E PRO
DECIMUS SEPTUAGINTA

PRO TETRAE, PRACTICAE ORIS PRO
AD CAVITATIS MUSCIS, INTRAVITAB

PRO LICENTIA

IN TETRAE, TETRACONTRIBUS, NON ENCLIVITATE, VIVID
TETRAHEDRON, EXAMINE SUBMITTIT

HRRN. TANCK, Wmnn:

PRO TETRAE, TETRACONTRIBUS, NON ENCLIVITATE, VIVID
TETRAHEDRON, EXAMINE SUBMITTIT

KOSTUCHII

PRO TETRAE, TETRACONTRIBUS, NON ENCLIVITATE, VIVID
TETRAHEDRON, EXAMINE SUBMITTIT

PRÆFAMEN.



Otissima Juris regula est:

In contractibus non solum pro nobis sed etiam heredibus contrahimus L. 13, C. de Contrah; Stipulat. Non omnis tamen contractus transit ad heredes, cum nonnulli in Jure nostro dentur, qui cum personis contrahebent exspirant. Sic

mandatum solvit tam morte mandantis, re adhuc integra S. 10. J. de Mandat. quam mandatarii d. §. 10. Lauterb. in Comm. ff. tit. Mandat. §. 4. in fin. quia præstatio officii in mandato, mere personalis est, nemo enim mandat nisi Amico Dn Hopp. in Comm. J. add. §. 10 ad uerb. vel illius, qui mandatum. Amicitia vero ad heredes non est transitoria arg. L. 57. ff. Mandat. Sic societas tollitur morte unius socii §. 5. J. de Societ. licet conventum, ut heredes in societatem succedant L. 35. & 52. §. 9. ff. Pro socio! Imo licet ad certum tempus societas sit contracta Lauterb: in Colleg. ff. tit. pro Soc. §. 30. Sic Tutela morte Tutoris exspirat, nec ad heredes transit §. 3. J. Qvib. mod: tut. fin. L. 16 §. 1. ff. de Tur. & L. 4. pr. ff. de Tur. & Rat. disprab. Imo in genere dicendum: Quoties in contractu alicujus personæ singularis industria est electa, toties ad heredes non transit L. 31. ff. de Solut. Ut ut autem dicto modo non omnis contractus ad heredes descendat, omnis tamen actio ex contractu datur

heredibus

A

heredibus & contra heredes. At vero non omnis actio ex contractu semper eodem modo ac qualitate transit ad heredes. vid. Brunn. ad L. 1. C. de hered. tut. Carpz. P. 2. C. II, def. 35. n. 7. Bachov. ad Treutl. V. 2. D. 9. tb. 5. lit. d. & e.
5. Exemplum hujus est in actionibus soluto matrimonio competentibus. Maritus enim tantum in id, quod facere potest, heredes vero mariti, in solidum conveniuntur d. L. 12. & L. 13. ff. cod. L. 24. & 25. ff. de Re jud. Nisi sint liberi eodem nati matrimonio L. 18 pr. ff. sol. matr. Aliud exemplum ponamus in actione Tributoria, quæ propter inæqualem peculii distributionem adversus Partem in solidum datur, in heredes vero in id tantum, quod adeos pervenit, actio competit. Hoc vero intelligendum si ex dolo defuncti Patris agatur L. 7. §. fin: L. 8. & L. 9. §. 2. ff. de Tribut: act: Si vero ex scientia Patris agatur, heredes etiam in solidum obligatos esse dixerim, quia hæc actio mere ex contractu est. Aliud exemplum occurrit in Donatione. Donator enim ex donatione conventus beneficio competentiae se tueri potest, hoc est, non teneatur, nisi in quantum facere potest L. 12. ff. de Donat. L. 28. ff. ac R. J. §. Sed & si quis 38. J. de Aet. L. 50. ff. de Re jud. Dn. Richt. Dec. 23. n. 12. ibid. prejud. Joh: Cöppen in U. Præf. J. Lib. 2. Obs. 101. n. 3. Heredes autem defuncti Donatoris in solidum conveniuntur Richt. d. l. n. 5. ibid. prejud. Beneficium enim competentiae personale est, nec ad heredes transit L. 13. ff. solut. matrim. Deniq; Actio Tutelæ aliter datur contra Tutorem, aliter contra ejus heredem. Priori modo etiam propter levem Tutoris culpam, posteriori vero non nisi propter latam culpam & dolum Tutoris contra heredes competit. Hujus ultimæ materiae, nem. pe,

DE CULPA LATÆ TUTORIS AB HEREDIBUS,
PRÆSTANDA qvoniā magna in foro est utilitas, dum
sæpiissime accidit, ut actio Tutelæ contra heredes Tutoris
defuncti moveatur, hinc eam propter suam dignitatem
atq; utilitatem loco inauguralis Dissertationis eligere non
dubitavi. Ita autem ipsam electæ materiæ tractationem 9
aggregiar, ut Cap. 1. agam, De Culpa lata tutoris ab heredibus
præstanda in genere. Cap. 2. Probec, que Culpa Tutoris ab
heredibus sit præstanda. Cap. 3. sistam Casus, in quibus culpa
Latæ Tutoris ab heredibus præstanda, & denig. Cap. 4. Conse-
derem casus, in quibus ne qvidem Culpa lata Tutoris ab heredi-
bus præstanda. Deus autem T. O. M. exiguum hunc
laborem ad felicem perducat finem!

CAP. I.

DE

CULPA LATÆ TUTORIS AB HEREDIBUS PRÆSTANDA IN GENERE.

SUMMARIA.

D <small>e</small> culpa definitione divi-	<i>Sub culpa lata etiam contine-</i>
sione & culpa lata s <small>u</small> o-	<i>tur dolus.</i> n. 6.
nonymis remissive. n. 1.	<i>Quod proprie non intelligen-</i>
Omnis rei tractatio à definiti-	<i>dum.</i> n. 7.
one inchoanda. n. 2.	<i>Sed effectu juris dolo equi-</i>
Culpa latæ definitio n. 3. 4.	<i>paratur.</i> n. 8.
Rejiciuntur distinctio in culpm	<i>In praesenti Differat; sub cul-</i>
latam ignorantia & negli-	<i>pa lata dolus etiam com-</i>
gentia. n. 5.	<i>prehenditur.</i> n. 9.

A 2

- | | | |
|---|---------------------|--------------------------------|
| <i>Definitio Tutoris</i> | <i>n. 10.</i> | <i>totam capit hereditatem</i> |
| <i>Tutoris precipuum officium</i> | | <i>n. 30.</i> |
| <i>consistit in pupillo defendendo, in quo differt à Curatore,</i> | | <i>n. 31.</i> |
| <i>Hodie pleraque differentia inter Tutorum & Curatorem cessant.</i> | <i>n. 12.</i> | |
| <i>An vero Tutor statim à die scientie administrare teneatur, an vero confirmatione opus habet?</i> | <i>n. 13.</i> | |
| <i>Prius aff: de jure Civili n. 14.</i> | | |
| <i>Posterior aff: de jure hodierno</i> | | |
| | <i>n. 15.</i> | |
| <i>Id quod etiam in Principum intelis hodie obtinet</i> | <i>n. 16.</i> | |
| <i>Non autem sequitur quod hodie omnis tutela sit dativa</i> | | |
| | <i>n. 17. 18.</i> | |
| <i>Actus ante confirmationem gesti nulli sunt.</i> | <i>n. 19.</i> | |
| <i>Cujus limitationes</i> | <i>n. 20.</i> | <i>&</i> |
| <i>multis, seqq.</i> | | |
| <i>Si tutor in Decretopetendo negligens fait de damno interea dato tenetur.</i> | <i>n. 26.</i> | |
| <i>Heredis etymologia</i> | <i>n. 27. 28.</i> | |
| <i>Eius definitio</i> | <i>n. 29.</i> | |
| <i>Heres in re certa institutus</i> | | |
| | | |
| <i>Divisio heredis</i> | | <i>n. 30.</i> |
| <i>Quoad definitionem heredis extranei obiter observatur differentia Inst: Caji à nostris Inst:</i> | <i>n. 32.</i> | |
| <i>Quid sit heres extraneus juxta Inst: Caji</i> | <i>n. 33.</i> | |
| <i>Ostenditur falsitas ejus definitionis</i> | <i>n. 34. 35.</i> | |
| <i>Qui error adscribitur Aniano</i> | | <i>n. 36.</i> |
| <i>Quinam hic heredum nomine veniant</i> | | <i>n. 37.</i> |
| <i>Excluditur legatarius, emor hereditatis & donatarius</i> | | <i>n. 38.</i> |
| <i>An donatarius omnium bonorum tantum heres tenuit?</i> | <i>negat Carpz.</i> | <i>n. 39.</i> |
| <i>Eius fundamentum cum limitationibus</i> | | <i>n. 40.</i> |
| <i>Donatio omnium bonorum semper fit in fraudem creditorum anteriorum</i> | | <i>n. 41.</i> |
| <i>In quantum donatarius omnium bonorum pupillo netur</i> | | <i>n. 42.</i> |
| <i>Respondetur ad L. 15. C de Dg. nat.</i> | | <i>n. 43.</i> |
| | | <i>Fifens</i> |

Fiscus ad quem bona defun-	persona Tutoris ab heredi-
eti Tutoris deferuntur, eti-	bis præstanda n. 47.
am tenetur pupillo de lata	An justum est ex alterius cul-
culpa n. 44.	pa teneri. Neg. n. 48.
Vox præstare hic denotat da-	Quandoq; tamen alter alio-
mnum refundere n. 45.	rius culpam præstare tene-
Summa totius Rubri proponi-	tur. n. 49.
tur n. 46.	Respondeatur ad Leges obstante-
Agitur hic de culpa lata ex	tes. n. 50.



Onsideraturus Culpam latam Tu-
toris ab heredibus præstandam, in
explicanda Culpæ definitione at-
que varia divisione, ut & adducen-
dis Culpæ latæ Synonymis pro-
lixus haud ero, sed remitto B. L.
ad Excellentissimi Da: Præsidis
Dissertationem nuper habitam, de
Culpa Lata Ministri statut C. I. n. 4.

sqq. Qyoniam autem omnis, qvæ à ratione suscipitur
de aliquare tractanda institutio, à definitione proficiendi de-
bet, ut intelligatur, qvid sit id, de quo disputatur Ni-
col: de Passerib: tr. de Verb: enunciat. L. I. Q. I. n. II ita in
præsenti quoque culpæ latæ definitionem paucis attin-
gam. Est autem illa *omissio ejus diligentie, quam omnes*
homines communi sensu utentes, etiam parum diligentes, in
rebus suis adhibere solent. Lauterb: in Coll. ff. tit. Commod.
§. 31. Vel, juxta Niccol: Myler: ab Ehrenbach in Hypar-
ehol: C. 16. §. II. est nimia, crassa & supina negligentia, ac
prætermisso minima diligentie, dum quis non intelligit, quod

A 3

omnes

3

4

6 CAP. I. DE CULPA LATÆ TUTORIS

omnes homines intelligent, aut intelligere debent, ac
dum id non facit, quod scit se debere facere aut scire debe-
bat. Distinguunt autem nonnulli hanc culpam in ignoran-
tie & negligentie, quasi haec dolo æquiparetur non illa.
Verum recte improbatur haec distinctio à Jacob. Gothofred. ad L. 23. ff. de R. J. p. m. 110. quia latæ culpæ definitioni
a. Paulo in L. 213. §. 2. ff. de V. S. & Ulpiano in L. 113. §. 2. ff.
6 eod. traditæ, adversatur. Sed piffissime autem in jure nostro
reperitur, culpam latam dolo accedere, dolo proximam
esse, dolum repræsentare. Imo ipsum dolum esse vid. L. 29.
pr. ff. Mandat. L. 8. pr. ff. de Edendo L. 22. §. 3. ff. ad SCtum Tre-
bell. L. 8. §. 3. ff. de Precari. L. 226. ff. de V. S. L. Quid Nervia
7 32. ff. Deposit. Hoc tamen non est proprio intelligendum,
sic enim dolus & lata culpa multum differunt, siquidem
qvoq; dolus & lata culpa discernuntur in L. 1. C. Deposit. &
L. Tutori. 20. C. de Negot. gest. L. 8. §. 10. ff. Mandati add. L. 7.
8 ff. ad L. Corn. de Sicar. Sed interpretatione & effectu juris
pro dolo habetur vid. Myler. ab Ehrenbach in hyparchol.
C. 16. n. 28. unde qvoq; non adeo male dolus presumitus vo-
cari poterit Jacob. Gothofred. ad d. L. 23. ff. de R. J. p. m. 111.
9 Utut vero in Rubrica solius Culpæ latæ mentio sit injecta,
attamen dolum qvoq; non excludo, modo agatur civili-
ter non criminaliter, seu ad pecuniam corporalem vel infa-
miam, hoc enim casu dolus sub lata culpa non continetur,
Myler. ab Ehrenbach d. l. n. 31. ubi addidit rationem, quia
in criminalibus causis verba non abusive, sed proprio, nec
civiliter, sed naturaliter accipienda sunt.
10 Succedit vox Tutoris, qui est persona, cui vis atq; potes-
tas, in capite libero ad tuendum eum, qui per etatem se ipsius
defendere nequit, jure civili data atq; promissa. arg. L. 1. pr. ff.
de

de ff. de Tutel. Patet igitur ex definitione, præcipuum
 Tutoris officium esse, ne indefensum relinquit pupillum
 L. 30. ff. de administr. & peric. Tutor. hinc etiam à tuendo
 nomen habet §. 2. J. de Tutel. Secundariò verò etiam ad
 bona administranda datur §. 1. & ult. J. de Attil. Tut. add.
 Dn. Hopp. in Comm. J. tit. de Tutel. §. 1. ad verb. tuendum,
 in quo differt de Jure Romano à Curatore, utpote qui
 principaliter bonis, liti; vel causæ datur §. 2. J. de Curat.
 L. 5. C. de Nupt. Qvanquam hodie pleræq; Juris Rom. diffe-
 rentiae inter Tutorem & Curarorem cessare videantur
 Conf. Dn. Hopp. in Comm. J. ad §. 2. de Curat. in Us. bod. Mevius
 ad Jus Lub. L. 1. T. 4. A. 4. n. 6. Klock Conf. 19. n. 18. Paul. Chri-
 stin. in Comm. ad Leges municipales Mechliniens. Tit. 19. art. 27. n.
 2. adeo ut hodie sùb voce Tutoris deß Borimundes etiam
 Curator contineatur Mev. ad d. L. 1. tit. 7. art. 1. n. 14.
 Idem qvoq; factum ab Imperatore Anastasio in L. 5. C. de
 Curat: furios. Dixi autem Tutorem etiam bona pupilli
 administrare teneri, hinc qvæstio oritur: An Tutor sta-
 tim à die scientiæ, se datum esse Tutorem, administrare
 teneatur, an vero adhuc Decreto Judicis & Magistratus
 opus sit? Jure Civili prius affirmatur, adeo, ut si Tutor
 cœssat, suo periculo cœsset, & indemnum pupillum servare
 teneatur L. i. ff. de Administr. & peric. tut. Brunn. ad d. L.
 n. 1. Hahn. ad Wesenb. tit. de Tutel. n. 5. ad verb. Id tamen
 in genere sciendum in pr. Hodie vero de Jure novissimo
 posterius verissimum est, quod scilicet administratio Tu-
 telæ nulli concedatur, nisi Decretum Magistratus accesserit
 vid. Rec. Imp. de anno 1548. & 1577. tit. 31. & 32.
 add. Jus Lub. L. 1. Tit. 7. art. 2. ibi: Doch müssen sie bey-
 derseits von dem Rath confirmireret werden Montan: de

Jure

- 11 Jure Tutel. & Curat. C. 32. reg. 1. n. 3. Schilt. ad ff. exerc. 37.
 16 §. 41. Idq; hodie in tantum obtinet, ut ejusmodi Decre-
 tum etiam admitti debeat in Principum atq; Illustrium
 personarum tutelis, multo magis enim eorum regimini
 & educationi est proficiendum, qvialiquando Reipublicæ
 administrationi præficiendi sunt, L. 1. C. de Tutor & Curat,
 Illustr. Person. & ita quoque responsum esse in Facultate
 Juridica Helmstad. refert Hahn: ad Welenb. tit. de Tutel.
 ad verb. Id tamen in genere sciendum est in fin. Engelbr. ad
 ff. de Confirm. tut. §. 7. & 8. Baro Ab Andler. in fpr. L. 2. tit.
 1. part. 1. n. 26. Rhetius in Inst. Jur. Publ. Lib. 1. tit. 23. §. 4.
 17 Ex dictis autem non sequitur, qvod hodie omnis Tutela
 sit dativa. Nam testamentaria adhuc hodie ex testamento;
 18 & legitima, ex lege ipso jure, deferuntur. Exercitium autem
 tutelæ & facultas administrandi non competit, nisi De-
 creto Magistratus interveniente qvod dd. Recess: aperte
 indigitant, dum adhuc in §. 2. dicunt esse Tutelam aliam
 Legitiram & testamentariam. Interim tamen & his acce-
 dere debere Decretum. Est ergo Decretum non causa effici-
 ens, sed causa sine qvâ non, add. Schilt. d. tb. 41. Dn. Hopp. in
 Comm. ad §. fin. J. de Tutel. ad verb confirmandus in Us. hodiernis
 19 in fin. Ex hinc itaq; sequitur, qvod actus sine decreta
 administratione gesti, nulli sint viribusq; careant Myns.
 20 Cent. 2. Obs. 37. Schrad. de seud. P. 10. S. 20. n. 109. Nisi (1.)
 periculum sit in mora & illud præoccupare necesse sit
 21 Mevius ad Jus Lub. L. 1. Tit. 7. art. 2. n. 28. ibid. all. (2.) nego-
 tium concernat meram pupilli utilitatem nec ullum
 damnum vel præjudicium importet Mev. d. l. n. 19. hoc enim
 casu, qui sine Decreto tutelari administrationi se immiscet
 instar Prototoris habetur, qui quantum ad utilitatem
 pupillo.

pupillorum attinet pro vero tutore habetur vid. pl. Mev.
 d. l. in additament. n. 31. (3) excipitur mater iis casibus 12
 quibus ipsojure tutrix est. Montan. de Jure Tutel. reg. 1.
 Cap. 32. n. 6. Mev. d. l. n. 39. Tutiortamen sententia, si 23
 in generalitate Ref. Politic: de Anno 1548. tit. Bon
 den Pupillen maneamus ibi: Dass auch ein jeglicher
 Vormund Er sey gleich Testaments weiss verordnet / oder
 durch das Recht oder Richter gegeben / sich der Vormund-
 schaft nicht unterziehen soll / die Verwaltung sey ihm dan
 durch die Obrigkeit decerniret und befohlen / quod repeti-
 tum anno 1577. tit. 31. Et ex eadem ratione non sub-
 scribo Gail. L. 2. Obs. 107. Berlich. part. 1. Concl. 16. n. 6. qui
 putant in testamentario sufficere exhibitionem testa-
 menti. Carpz. L. 5. Rep. 85. In Patre tamen probo sen- 24
 tentiam Montan. & Mev. Carpz. L. 5. Rep. 84. (4) excipi- 25
 untur tutores testamentarii, quando in testamento, in
 quo dati sunt, administratio ipsis simul concessa est, ut si
 velint, propria autoritate administrationem assumere
 possint, hoc facto non opus est Decretum exspectare
 Montan. d. l. n. 8. Carpz. L. 5. Rep. 82. n. 2. Baro Ab Andler
 in Jpr. L. 2. T. 1. part. 1. n. 21. (5.) Illi qui superiorem non
 recognoscunt Decretum exspectare non tenentur Mev:
 d. l. n. 40. Quavis itaq; tutor regulariter ante decretum 26
 interveniens, tutelæ se immiscere non possit, interim ta-
 men Decretum petere debet, quod si neglexerit, & sic in-
 mora ac culpa fuerit, tenetur de damno interea dato Mev:
 d. l. n. 31. si scilicet legitimate datus Hopp. in Comm. J. tit.
 de tutel. §. fin. ad verb. confirmandus in us. hodie.

Sequitur in Rubro ab heredibus. Heredis autem ætymolo- 27
 gia variam adducunt Doctores, alii enim deducunt ab hero

B

id

10 CAP. I. DE CULPA LATA TUTORIS

id est domino, quia veteres heredem dominum appellare
 soliti sunt, alii ab herendo aut vero ab ære, ut qui aeris,
 id est pecuniae successor sit, vid: pl: Besold. *Ihes. præf.*
sub voce Erben. Alii adhuc deducunt ab ercisco quod
 est divido vid: Joh. Cöppen in *U. Præf.* *Inst. Imp. L. I. Obj.*
 123. n. 1. Nihil autem ad rem facere videtur, ut anxie
 & accurate inquiramus, quænam derivatio heredis sit
 optima & convenientissima, licet prior præ aliis mihi
 arridere videatur, qvare sine ulla mora confero me ad
 realem ejus definitionem. Heredem autem dum voco
 designare volo universalem qvendam successorem in
 28 omne ius defuncti L. 62 ff. de R. J. L. Cum heres 11. ff. de div:
 & temp. prescript: add: L. heres in omne 37. ff. de A. vel O.
 H. CarpZ. P. 3. C. 14. de f: 2. Et hoc procedit, licet in re
 29 certa tanquam heres sit institutus, si scilicet nullum ha-
 beat cohæredem L. 13. C. de hered. inst: cujus ratio, quia
 30 nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere
 potest L. 7. ff. de R. J. Dividuntur autem heredes in ne-
 cessarios suos & necessarios & extraneos, qui & voluntarii
 31 & alieni dicuntur, singulorum descriptiones vid. §. 1. 2. 3.
 J. de hered. qualit. & diff. Obiter h̄ic moneo, qvod qvoad
 32 heredis extranei definitionem magnam inter Inst: Caji
 & nostras Inst. inveniri differentiam, cum tamen h̄e
 ex Commentariis Caji, juxta Imperatoris confessionem,
 33 sint desumptæ Vid. proœm. Inst. §. 6. licet non nulli dubitent
 an fuerit hic ille Cagus cuius duo Institutionum libri ho-
 die circumferuntur Dn. Hopp. in Comm. J. ad præm.
 d. §. 6. ad verb. Caji nostri. In illis enim tit. de hered.
 34 qualit. & diff. qui est tit. 5. lib. 2. Extraneus heres descri-
 bitur, qui nullo propinquitatib[us] jure, testatori jungitur, sed eum
 quicunq[ue] pro arbitrio suo scribit heredem. Verum hæc defi-
 nitio juri nostro omnino contraria est. Sic filius eman-
 cipatus est heres extraneus, per expressa verba §. 3. J. d. s.
 L. 6

L. 6. §. 1. ff. de Bonor. poss. interim tamen propinquitate adhuc junctus est parenti, emancipatio enim nihil nisi jus sicutatis tollit Jli. Dn. Stryck. de Success. ab Int. Diff. I.

C. 2. §. 3. seq. Sic filius à matre institutus, in sensu juris 35 civilis est heres extraneus L. 4. §. 2. ff. de Bonor. poss. contra rabb. filium tamen matrem propinquitate tangere nemo sanæ mentis negare potest.

Patet igitur ex adductis 36 exemplis falsitas definitionis quæ in Instit. Caji reperitur.

At magnus hic error Aniano potius quam Cajo adscribendus est, ille enim collector fuit Institutionum Caji, & uti alias veterum prudentum verba passim immutavit, ita & contextus Caji ab Aniano passim mutatus, transfixus, disjectus & in compendium redactus, uti annotavit Oifelius in not. ad Caji Inst. non solum in Prolegomenis ad Lectorem, sed etiam passim in ipsa tractatione. Nunc 37

ad propositum meum, à quo paulo discessi, redeo, & in Dissertatione non solum intelligo heredes suos & necessarios, sed etiam extraneos. Imo heredum nomine etiam

veniunt heredes heredum Barbos. ad Cod. Tit. de hered. Tutor. ad Rr. Excluduntur itaq; legatarii aliiq; singulares successores v. gr. Emotor hereditatis, pro hoc enim convenientius est vendor arg. L. 2. C. de hered. & act. vendit: quia in judicio universalis pretium succedit loco hereditatis, excluditur quoq; donatarius.

Quid vero dicendum 39 de donatario omnium bonorum? anne hic loco heredis habendus?

Ex mente Dn. Carpz. P. 2. Conf. 12. def. 28. negative respondendum ubi n. 5. ait Donatarium omnium bonorum æris alieni onus non minus levatur, quam eum, qui certæ tantum rei donatarius est L. æris alieni 40

C. de Donati Fundamentum ejus est, quia donationis 40

titulus singularis est, non universalis, etiam tunc, **cum**
facta est donatio bonorum universorum addit. Carpz: L. 6.
Resp. 2. n. 2. & 3. Duas autem d. def. 28. & seq. adduxit
 limitationes (1) quando adversus donatarium instituitur
 actio hypothecaria, modo hypotheca ante factam dona-
 tionem constituta sit, add. Mev. P. 5. Dec. 272, (2) quando
 donatio facta est in fraudem creditorum. Imo dixerim
 donationem omnium bonorum semper fieri in fraudem
 creditorum, quia scit donans, nihil superesse ex quo solvi
 possit arg. L. 6. §. 11. ff. quæ in fraud. Credit. Ita tamen hæc
 intelligo, si tempore factæ donationis jam adfuerit debi-
 tum, secus si postea contractum. Statuerem ergo
 in nostro casu, donatarium omnium bonorum respon-
 dere quidem non teneri pupillo de administrata tutela
 defuncti tutoris. Interim tamen tantum de bonis do-
 natis deducendum erit, quô pupillo damnum, quod per
 latam culpam & dolum donatoris incurrit, refundi potest,
 donatio enim omnium bonorum non intelligitur, nisi
 deducto omnijare alieno L. 72. pr. ff. de Jure Dot. Mev.
 ad Jus Lub. lib. 1. Tit. 9. art. 1. n. 4. 5. Cöppen. in Us. Pr. 3. Lib:
 1. Obj. 96. n. 14. Supra vero all. L. 15. C. de Donat, intelligo
 cum Dn. Brunn. in Comm. ad d. l. de donatario particu-
 lari, non vero de donatario universorum bonorum.
 Quid si vero ad fiscum omnia defuncti tutoris bona per-
 veniant, an hic quoq; obligatus erit pupillo? Non video
 rationem, cur non de lata culpa defuncti tutoris teneatur,
 quia per omnia pro herede habetur Gothofred. ad d. L. 15.
 C. de Donat: lit. E: five succedat ut ultimus heres L. 1. 4.
 C. de Bon. vacanti: five ex alia causa bona ad fiscum defe-
 rantur L. non possunt 11. ff. de Jur. fisc.
 45 Restat vocabulum *præstando*, cuius alias significati-
 ones

ones, quas apud Autores Classicos haberet, jam omitto, & tantum id noto, quod præstare hic idem sit quam dampnum refundere, in quo sensu etiam venit in L. 5. §. 2.
in fin. & L. 7. pr. ff. de damno infestō. Summa ergo totius 46
Rubri est: Heredes tenentur pupillo ad refusionem illius damni,
quod tutor per latam culpam seu nimiam negligentiam in bonis
pupilli dedit. Agitur ergo in præsenti Dissertatione de 47
culpa lata non heredum propria, de qua vid. L. 1. pr. in fin.
& L. 4. pr. ff. de fidejuss. & nominat. & hered. tut. vel Curat.
sed de culpa lata ex persona Tutoris præstanta. Anvero 48
justum est, aliquem ob alterius culpam obligari? Negativa
sententia non solum æQUITATI naturali, sed & Juri Civili
consentanea videtur. Iniquissimum enim est, ex facto
unius alterum prægravari, hujus exempla vid: L. 32. §. fin.
ff. de Usur. L. Cum proponas 3. C. de nautic. fæm. L. 25. §. 4. ff.
Locat: add. Rubricam C. Ne filius pro patre. &c. Verum 49
quemadmodum in Jure nostro multi inveniuntur casus, in
quibus omnino aliquis alterius culpam præstare tenetur,
quos videlicet apud Barbos: in thesauri loc. comm: Jurisprud.
sub voce Culpa ax: 5. ita quocumque hoc quoad heredes in primis
obtinet in veris & quasi contractibus. Ad add. text. autem
respondeo eos in thesi & regula procedere nisi (1) Lex
alterius culpa præstationem alicui expresse injunxerit,
cujus rei luculentissimum exemplum habemus in actione
de dejectis vel effusis, utpote quā inhabitator domus
tenetur licet nullam admiserit culpam, lex enim ipsi cul-
pam adscribit L. 1. §. 4 & L. 5. pr. ff. de his qui effuderint
vel dejecerint (2) nisi quis alteri succedat ut heres, heres
enim & defunctus pro una habentur persona Nov. 48. in
Prefat. Explicatis igitur vocabulis in Rubro repertis
contero me ad

B 3

CAP. II.

CAP. II.
Explicans
QUÆ CULPA TUTORIS AB
HÉREDIBUS SIT PRÆ-
STANDA.

P ermittuntur quedam de culpa ipsius tutoris n. 1.	Verius tamen est quod adhuc hodie obtineat n. 12, 13.
Tutela cum onere est conjuncta n. 2.	Heres tutoris de culpa tantum lata tutoris tenetur n. 14.
Tutor prestat non solum cul- pam latam sed etiam levem in abstracto & concreto simul n. 3.	Id quod probatur (1) Legibus n. 15.
Levissimam non prestat n. 4.	(2) Aequitatis ratione. n. 16.
Cujus limitationes n. 5.	Constitutionibus Imperatorum subventum est ignorantie heredum n. 17.
Sunt qui volunt, tutorem nun- quam de culpa levissima te- neri, quibus respondetur. n. 6.	Contra heredes non juratur iuriteam bene tamen contra tu- torem n. 18.
Culpam latam v. tantum pre- stat (1) Si in exigendis no- minibus à patre contractis negligens fuerit n. 7.	Heredes tutoris non tenentur ad usuras, bene tamen ipse tutor n. 19.
ibi distingendum n. 8.	Non uno in loco mitius agitur cum heredibus tutoris n. 20.
(2) Si tutor non bona condi- tione predium comparave- rit papillo n. 9.	Hanc sententiam tanquam communem agnoscent non solum veteres & Cui n. 21.
Cujus rationes n. 10.	Sed etiam recentiores n. 22, 23, 24.
Brunnem putat hoc in casu jus Iustimianum hodie non ob- tinere n. 11.	Confirmatur praeditio. n. 25.
	26, 27. Sunt qui contrarium defen- dunt

dunt	n. 28.	destutoris etiam de levicul-
Verba Dn: Mevii	n. 29.	patutoris tenentur , propo-
Rationes eorum	n. 30.	nuntur n. 46. 47.
Ad quas respondetur	n. 31.	Prater tres illas limitationes
Dissentientes varie torquent		nulla alia admittenda sunt.
leges	n. 32.	n. 48.
Cujacius putat ex L. I. C. de hered., tut. delendum esse non, autoritate Basilicorum n. 33.		De duobus posterioribus limitationibus movetur dubium n. 49.
Autoritas Basiliaca ad jus corrigendum est admodum exigua	n. 34.	Ad quod Dn: Bachov: ad Trenti; respondet n. 50.
Cujacius incidit in alium errorem	n. 35.	Sunt qui illas limitationes de culpa lata & dolo defuncti tutoris explicant , quorum opinio rejicitur n. 51.
Alii d. L. I. interpretantur de culpa heredum propria n. 36.		Alii explicant de judicio pena-
Sed nec minus feliciter n. 37.		li n. 52.
In L. 4. ff. de Magistrat. conven. negant dissentientes comparationem n. 38.		Prima limitationis ratio & fundamen-
Sed iterum minus recte n. 39.	40. 41.	tum adducitur n. 54.
Ratio non admissa comparationis negatur quia nulla differentia est inter actionem adversus magistratum & actionem tutelae adversus tutorum n. 42. 43.		Quandoque heredes tutoris etiam de levissima tutoris culpa tenentur sc: post L. C.
Ad reliqua dubia admodum exigua respondetur n. 44. 45.		n. 56.
Tres limitationes quibus here-		Secundæ limitationis funda-
		mentum vide n. 57.
		Tertia limitatio explicatur n. 58.
		Donare tutor non potest n. 59.

Neque

Neque in Saxonia Geradam	fit	n. 68.
n. 60.	Quod probatur	n. 69.
Si v. tutor donat de suo sol- vere taretur, nisi sint mu- nera solennia, ad quæ nupii alia non pertinebant n. 61.	Est autem subsidiaria	n. 70.
Hodie vero munera nuptialis tutor donare potest n. 62.	(3) Generaliter ad omnium ad- ministratorum heredes n. 71.	
Dicta in hoc capite de culpa lata extenduntur	(4) queritur an etiam exten- sio fieri possit ad fidejusso- rum heredes	n. 72.
(1) ad honrariorum heredes	Quod negatur	n. 73.
n. 63. 64. 65.	Cujus rationes adducuntur	
(2) Ad heredes Magistratus	n. 74. 75. 76. 77.	
n. 66.	Heredes tutoris non sunt ad- mittendi ad juramentum	
Actio adversus Magistratum	Creditatis quod scilicet cre- dant tutorem b. f. admi- nistrazione tutelam n. 78.	
in Gallia cessat n. 67.	Quod probatur prejudicio	
Verior autem sententia quod	n. 79.	
ea adhuc hodie institui posse		

A Ntequam promissione, de explicanda in hoc Capite obligatione heredum ex administratione tutelæ defunctorum, faciam satis pauca de culpa ipsius Tutoris præmittenda censendo, quo postea differenta heredum & ipsius Tutoris eo clarius eluceat.

2 Quamuis autem tutela non honoris, sed oneris nomen sit Paul. Montan. de Jure Tutel. & Curat. Cap. 26. n. 31. &c sic semper cum magno onere conjuncta §. 1. J. de Excusat. Tutor. & L. r. C. de Curat. furios. Iura tamen nostra constituerunt, quod tutor non solum dolum & latam, sed etiam, contra communem regulam, levem culpan præstare teneatur, & quidem in abstracto & concreto simul

L. 16

L. i. pr. ff. de Tutel. & ration. distrah. L. 7. C. Arbitr. Tut. Mev. ad Jus Lub. L. i. Tit. 7. art. 5 n. 5. Dn. Lyncker. Dec. 978. hoc est, si in suis rebus est negligens, praestat culpam levem in abstracto L. 10. ff. de administ. & peric. Tut. L. 13. pr. ff. eod. si vero in suis sit diligentissimus, talis etiam sit in rebus pupilli L. i. pr. ff. de tutel. & rat. distrah. Ratio singularis hujus constitutionis consistit in favore pupillorum. Levissimam tamen regulariter non praestat arg. 4 d. L. i. & 7. Tabor ad Coll. Argent. tit. de tutel. & rationib. distrah. th. 7. Hahn. ad Welenb. d. t. n. 5. ad verb. quicquid dolo, culpa. Ubi Cujacium tanquam dislentientem adduxit. Limitatur vero nisi tutelæ se obtulerit, aut præ contumoribus administrationē, oblata fatisdatione, postulaverit. arg. L. 1. §. 35. ff. Deposit. & L. 33. §. 3. ff. de furt. Dn. Hopp. Com. ment. ad I. tit. de Oblig. quæ quasi ex contractu nasc. ad verb. mu. tuæ sunt actiones. Licit multi sint, qui statuunt, tutorem nullatenus de levissima culpa teneri, idq; ea ratione, quod tutoris officium sit necessarium non voluntarium vid. Montan. de Jure Tut. & Curat. Cap. 39. n. 42. 43. ratio enim allegata in nostris limitationibus cessat, quia ibi officium tutoris est voluntarium, dum sponte se offert tutelæ. Dantur tamen etiam casus in jure, ubi tutor tantum de lata culpa tenetur, v. gr. si in exigendis nominibus idoneis, cuius probatio incumbit pupillo Mevius P. 8. D. 76. n. 3. à patre contractis, manifestam adhibuerit negligentiam L. 2. C. Arbitr. tut. Mev: P. 7. Dec. 198. Probe autem hic 8 distingendum est, an parentis nomina crediderit, ut apud debitorem pro usuris manerent, an vero debeantur Parenti ut statim solvantur, v. gr. si ille cuidam merces vendidit, ut premium statim vel intra certum tempus solveretur.

C

Priori

Priori casu tutor tantum latam, posteriori vero etiam levem in exigendo præstare tenetur culpam, adeo, ut actiōne tutelæ pecunia illa exigenda, tanquam exacta, cum usuris pupillaribus, juste petatur à tutorē Mevius *Part. 4. Decr. I. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* Brunnem. *ad L. 15. ff. de administr. & pericul. tut. n. 4.* Aliud exemplum ubi tutor tantum de lata culpa tenetur est in *L. 7. §. 2. ff. de Administr. & pericul. tut.* e. gr. Si tutor non bona conditio prædium comparaverit pupillo. Cujus ratio partim, quia dum lex vult, ut pecuniam pupillarem in emtiones prædiorum conterat tutor, nisi ipse ad usuras teneri velit *L. 7. §. 3. & L. 13. §. 1. ff. d. t. tutor fecit*, qvod Lex jussit, partim quia in comparandis prædiis prudentes etiam patresfamilias spe lucri falli possunt Brunn. *ad d. L. 7. ubi n. 13. statuit*, hodie vix culpam latam purgare posse tutorem, qui immobilia comparavit, in gratiam pupilli, quia bona immobilia saepius gravant possessores. Sed nescio an hæc Brunnem sententia obtineat, & allegata ratio concludat, dum illud demum ex post facto & accidenti eveniat. Putaverim ergo non esse sine contraria consuetudine aut sufficiente ratione recedendum à Jure Justinianæ, & proinde adhuc hodie tutorē de lata tantum culpa teneri, maximè cum hodie moribus nostris, sicut & de Jure Justinianæ, tutor pecuniam pupillarem in emtiones prædiorum collocare cogitur vid. Joh. Göppen in *U. Pract. Inst. L. 1. Obs. 66 n. 10.*

13 Imo ex ratione supra data Doctores generalem hanc regulam formant: Quoties negotium ita est comparatum, ut etiam diligens paterfamilias, in eo facile quid prætermittere posset, toties de latâ solum culpa tutor adstringitur. Lyncker. *Decr. 978.*

Probavi

Probavi tutorem obligatum esse ad culpam regula- 14
 riter levem præstandam, heredes vero tutoris tantum
 tenentur de culpa defunctilata, qvæ thesis probatur ex L^o 15
 L. C. de hered. tutor. vel Curat. ibi: Heredes tutorum ob negli-
 genciam, qvæ non latæ culpa comparari posse, condemnari
 non oportet. Huic jungo L. 4 ff. de Magistrat. conven.
 ibi: Non similiter tenentur heredes magistratum ut
 ipsi tenentur, nam nec heres tutoris negligentia nomi-
 ne tenetur; nam Magistratus quidem in omne periculum
 succedit, heres ipsius doloproxima culpa succedaneus est. Qvæ 16
 leges cum admodum sint perspicuae, merito in illis ac-
 quiescendum, maximè cum evidens ratio diversitatis
 dari possit, cur heredes ad eandem culpam præstandam
 obligari non possint, qvia scilicet res longe gravissima est
 ex aliena administratione rationes reddere. Hinc consti- 17
 tutionibus Imperatorum subvenient est ignorantia heredum
 hoc tamen tunc observandum est, cum post mortem tutoris her-
 des conveniatur: non si lite contestata tutor deceperit, nam
 litis contestatione & pœnales actiones transmittuntur ab utraque
 que parte & temporales perpetuantur, ut loquitur Paulus in
 L. 8. ff. de fidejuss. & nominat: & hered. tut. Qvare contra 18
 heredes non juratur in item, nisi lis cum defuncto sit
 contestata L. 4 C. de in item jure, L. ult: §. i. C. eod. cum
 tamen contra defunctum ob inventarium non confessum
 juretur in item L. tutor 7. pr. ff. de administr. & peric. Tutor
 Simili ratione heredes tutoris non tenentur ad usuras
 pecuniae illius, qvam ex tutela administratione debent,
 nisi sint in mora L. maximeq; 29. ff. de administr. & peric.
 tutor: cum tamen tutor teneatur, si pecuniam obsignata
 in loco tuto non deposituerit. Et sic clare patet, in jure
 nostro 19

nostro non uno in loco mitius agi cum herede tutoris, quam cum ipso tutori, cuius ratio jam data, quod difficile sit rationes reddere ex aliena administratione. Quam rationem qvæ negant, illi re ipsa profitentur, quod haec nus rationes non reddiderint ex aliena administratione, alias enim facto ipso experti fuissent veritatē hujus theses

21 Hinc sententia hæc, qvod tutor teneatur de culpa levi, heres vero tutoris, si ex administratione defuncti tutoris conveniatur, tantum præstet culpm latam, com muniter à Doctoribus recepta & approbata est, & quidem ex antiquioribus fere omnes album ei adjiciunt calculum, qvo refero Accuss, Bartolum, Baldum, Angelum, Fulgo sium, Castrensem, Cynam, Salycetum, qvi ad L. Curatoris

22 17. C. de negot. gest. n. 2, hoc admodum miratur. Ex recentioribus hoc agnoscit Bachov: ad Treutl. V. 2. D. 9. th. 5. lit. D. & E. ibi: ex levi culpa tutoris defuncti, heredes non convenientur & condemnantur Paul. Montan. de Jure Tutel. & Curat: Cap. 39. n. 50. & 89. Wiesenb. adff. Vol. I. Disput.

53. th. 4. Idem ad Reg: Jur. Disput. 8. adL. 44. n. 4. Hahn. ad Wiesenb: Tit. de Tutel. & ration. distrab. n. 4. ad verb. ejusq. successores: Add. Conrad. Rittersh. in Disputati. ad Inst. Justi: Disp: 3. th. 55. Brunn. ad L. 1. C. de hered. Tut. & curat. Idem ad L. 4. prs n. 1. ff. de fidejussor. & nominat: & hered. tutor: Idem Consil. 156 n. 2. sqq. Carpz. P. 2. C. 11. def. 35. Lyncker. in Analect. ad Struvi. Tit. de Tutel. & ration. th. 64. adverb: damna præstet. Excell. Dni: Praeses in Syn. Jur.

24 privat: tit de Tutel. & ration: distrab. n. 5. Idem docet Dni Bardili in Conclus. Theoretico - Practic. ad part. poster. ff. exercit. 2. th. 36. ibi: Communis est interpretum, quod de lata tutoris culpa teneantur de levi non idem. Conf. Hotoman: Libro.

Libr. I. amicab. resp. c. 12, ibi: *Cum autem queritur, cuius culpa nomine eorum heredes teneantur, indistincte respon- detur, eos lata tantum tutorum culpa nomine teneri, negligenter, non teneri. Duxi indistincte, quoniam nihil interest utrum tutela actione, suo an defuncti nomine conveniantur.* Et juxta hanc communem, tot Excellentissimorum viro-
rum sententiis confirmatam opinionem saepius quoque pronunciatum est, vid. præjud. quod adduxit Dn. Carpz.
*d. def. 3r., ne autem cum Dn. Gottl. & Gerh. Titio in suo tractatu, hoc ipso anno edito, de Jure privato Romano-Germanico L. 6. C. 16. §. 24. excipias; ex hoc præjudicio nullam tutoris culpam apparere. Aliud præjud: produco ex 25
Dn. Carpzov: Dec: 75. n. 16. in fin: ibi: Jedoch mögen diejenige Nachlässigkeit ihres Vaters und Großvaters/ als administratoris, welche in Rechten pro levi culpa geachtet wird/zuerst nicht angehalten werden B.R.W.*
*Cui aliud jungo à Facultate Juridica Jenensi mense Mart: 26
1686. nach Parchen datum teste Exellent: Dn. Barone de Lyncker, nunc Consiliario Imperatoris Aulico splen- didissimo in Dec: 872. ibi: Weil die Erben eines Vor- standes nicht ob qualibet ab ipso neglecta gehalten/ nec enim de levi ejus culpa tenentur I. o. C. de hered. tutor; L. 2. & L. fin. C. de Magistrat. conven. Wissenb. Disput. 53. ad ff. th. 4. Die doch der defunctus wäre zu entgelten schul- dig gewesen.*

*Contrariam autem sententiam, quod scilicet heredes 28
tutoris, si ex administratione defuncti tutoris convenian- tur, etiam de levi tutoris culpa teneantur, defendunt Cujac.
L. 15. Obs. 39. & L. 21. Obs. 2. Mercerius L. 2. Opin. 24. Illustr.
Vice Praeses Tribunal. Wismar. B. Dn. Mevius P. 8. Dec 22.*

C 3

ubi

- 29 ubi n. 10. sqq. Quod attinet facta vel omessa tutorum, de quibus contra ipsos agi potuit, est etiam de ipsis contra heredes actionis tutelæ locus, non tantum ob dolum & latam eorum cul^pam, uti aliquip putant, sed ob quamvis seu quævis neglecta & omessa, de quibus ipsismet conveniri protulerunt, ideo etiam ob levem & n. 19. Ex his conclusum est, heredes non eò minus de iis, que defunctus prestare debuit, recte conveniri & responderedebere, quibus se junxit Excellens & Celeberissimus Dn. Thoma^s in Dissert. de Culpa ab hereditibus tutorum prestan^{do}. At vero horum rationes me minime movent, ut in eorum transeam castra. Potiores rationes sunt. (1) quod actio tutelæ detur contra heredes (2) quod cädem qualitate detur, dum scilicet ex persona heredum non mutatur natura obligationis L. 2. §. 2. ff. de Verb. Obl. (3) quod nulla ratio dari possit, cur non detur eadem qualitate adversus heredes. Respondeo autem ad (1) Non est in controversia an actio tutelæ adversus heredes detur, siquidem eam dari omnino concedimus. Ad (2) repono, distinguendum esse inter regulam & exceptionem, regula certa est, quia heres & defunctus una persona esse censentur Nov. 48. in. prefat. exceptio autem est in hereditibus tutorum per d. L. i. C. de hered. tutor: L. 4. ff. de Magistri conven. Ad (3) regero quod ratio evidens sit in. L. 8. ff. de fide jussor. tut: ob qvā & alia singularia introducta sunt, vid. n. 16. h.
- 30 c. Equidem dissentientes varie se torquent, qvā ratione explicare velint Leges tam perspicuas sibi directio contrariantes. Et Cujacius quidem credit prius non ex verbis d. L. i. C. esse delendum, ita ut sensus sit. Heredes tutorum ob negligentiam, qvæ latæ culpæ comparari possit, condemnari non oportere, & hanc suam sententiam
- 31
- 32
- 33

tentiam probat ex libris βασιλικῶν ibi: τὸς κληρονόμους τῷ θείῳ τῷ δότῃ μεγάλης ἀμελείας & παρονομας καταδικάζεσθαι. Ve-
rum libri βασιλικῶν penitus nihil profunt ad jus nostrum
corrigendum Stryck, in *Pracognitio Jar: Cap. 5. §. 5.* cum
qvo omnes conspirant Doctores. Deinde Cujacius hac 34
ratione incidit in alium errorem, qvod heres non tenea-
tur de lata culpa, nisi quid pervenerit: hinc recte Excell.
Dn. Thomasius in d. *dissertat. §. 20.* notat, Cujacium in-
feliciter hac ratione mutasle legem. Imo ipse Cujacius
L. 21. Obs. 2. mutavit suam sententiam dicens: *Ea tamen*
Lege & conditione, ut propter autoritatem βασιλικῶν, forte
eoloco non castigatorum, nihil mutetur vel detrahatur L. 1.
C. de hered. tut. &c. Alii d. *L. 1.* interpretantur de culpa, 35
qvam ipsiheredes admirerunt post mortem tutoris, in re-
bus ad tutelam olim spectantibus. Sed nec minus felici, 36
ter hac interpretatione utuntur, quia *L. 1.* claris & per-
spicuis verbis limitationem adjicit: nisi Lis contestata.
Nunc verò omnis bona interpretatio supponit exceptio-
nem esse debere de regula, Wissensb. *ad L. 1. ff. de R. J. n. 5.*
L. nam qvodliq; vide 4. § fin. de pen. leg. ibiq; Brunn. Barbos.
in thesaur. locor. comm. Jarisprud. L. 5. Cap. 23. ax. 25.
hinc & casu inverso ex natura exceptionis judicari po-
terit de sensu regulæ. Ideo necessario sequitur verba *L. 1.*
antecedentia de tutoris culpa intelligenda esse, qvia subji-
citur limitatio, nisi tutor litem contestatus sit. Ad *L. 4. ff.* 37
de Magistr. corven. respondent: in eâ non esse comparatio-
nem inter heredem Magistratus & heredem tutoris, vel
comparationem ita generaliter intelligendam non esse,
ex ratione, qvia actio tutelæ est ex contractu, at actio ad-
versus Magistratum subsidiaria est ex delicto vel vero vel
quasi, scilicet ex damno dato dolo vel culpa. Sed iterum 38
infelici

- infelici successu negatur illa comparatio, quia verba comparisonis in d.L. 4. admodum clarae ac perspicua sunt; Non similiter tenentur heredes magistratum, ut ipsi tenentur, nam nec heres tutoris negligentiae nomine tenetur &c.
- 40 Comparatio enim in eo tertio, in quo comparantur, necessario effectum habere debet. Comparantur vero in eo, quod heres non teneat ex culpa levius magistratus.
- 41 Ratio quoque utriusque comparatione actionis eadem est, quia scilicet difficile rationes reddere ex aliena administratione, quia heredes ignorare solent omnes circumstantias, cur tutor vel Magistratus, hoc vel aliud gesserit in officio vel non, ut sic inerito ignorantiae eorum succurrendum L. 8. §. 1. ff. de fidejuss. & nominat. tutor: Qvod vero rationem non admissa comparationis attinet, eam penitus nego, Nam adversus Magistratum etiam dari actionem tutelæ ex contractu, non vero ex delicto Imperiantor expressis verbis docet in L. 9. ff. de Magistrat: conveni: ibi Quoniam eadem in Magistratis actio datur que competit in tutoribus add. Joh. Jac. Wissenb: adff. P. I. Disp. 53 Th. 6. ubi ita loquitur: Directam actionem tutelæ competere in tutoribus,
- 42 utilem vero in Magistratus. Imo si concederetur actionem illam adversus Magistratum esse ex delicto, exinde sequeretur quod ne quidem propter latam culpam contra heredes Magistratus competenteret, quoniam nulla actio
- 43 ex delicto regulariter datur aduersus heredes. Reliqua dubia tam exigua sunt, ut nullam sere mereantur responsionem. Dicitur enim Leges intelligendas esse de culpa lata ex propria administratione heredum, quod non nego, heredem sc. tutoris ex propria administratione conventum, de culpa tantum lata teneri, neque contra meam

meam sententiam est, sed potius pro eamilitat. Si enim 45
propter propriam administrationem de culpa tantum
lata tenentur, multò magis dicendum, eos de culpa lata
tantum teneri, si ex facto tutoris convenientur, longe
enim difficilius est ex aliena administratione rationes
reddere, quam ex propriâ.

Firmatā sic thesi nostrâ atq̄e ab objectionibus 46
vindicatā, progredior nunc ad limitationes & exceptio-
nes, quando scilicet heredes tutoris, etiam de levi culpa
tenentur. Hoc sit (1) si licet cum tute contestata fuerit L. 47
fin. ff. de fidejussor: & nominat: tut: & Curat: (2) Si ex
damno pupilli lucrum captatum (3) Si gratia quid
præstitum sit L. i. C. de hered. Tutor: vel Curat: His 48
tribus casibus ob levem culpam defuncti tutoris heredes
tenentur, alias vero non vid: Brunn: ad L. Cum oſen-
dimus 4. pr: & §. 1. ff. de fidejussor: tutor: n. 2. Struv. in
S. J. C. exercit: 31. th: 8. Ekholt. ad ff. tit. de tut. & Ratione
distrab. §. 3. Hahn. ad Wefenb. d. t. n. 4. ad verb. Ejusq; ſuc-
cessores Wiffenb. in Comm. ad R. J. D. s. L. 44. n. 4. Bachov.
ad Treutl. V 2. Diff. 9. th. 5. lit. D & E. Exceptio enim, in
casibus non exceptis firmat regulam L. 12. §. 43. vers: nam
qui hæc ff. de instrukt. & instrum. leg. Sed dubium oritur 49
de duobus posterioribus exceptionibus, quæ non possunt
de levi sed lata culpa intelligi, quomodo ergo hæc cum
regula erunt conciliandæ? Huic dubio non vulgari
jam satis factum à Dn. Bachov; ad Treutl. d. b. Verba
ejus sunt hæc: Sequitur in d. L. i. C. de hered. Tut. neg. ex 50
damno pupilli lucrum captatum aut gratia præstitum sit. Quæ
verbæ revocantur sub hanc exceptionem, nisi tutor in adminis-
tratione tutela dolo sit versatus. Quæ exceptio cum non
videatur esse de regula, quæ loquitur de levi culpa, variis
emendationibus & explicationibus præbuit anſam. Sed potest

non incommodè ut a explicari, quod, cum nomine dolii contraria admissi in heredes actio non tantum in id, quod pervenit, sed qualis natura sua est in solidum datur, L. ex contractu 49. de O. & A. L. ad ea 157. in fin. de R. J. etiam actio tutelæ propter dolum defuncti in heredes dabitur, quasi culpa levi sola fuisse, locum non habuisset. Cum autem ut jam dictum, datur qualis est fieri hinc, ut licet ei dolus aut lata culpa praebat causam, nihilominus tamen in eam jam institutam propter qualitatem naturalem, levius quoque culpa veniat, & sic in casu admissi à tute doli etiam levius culpa nomine heredes condemnentur: atq. ita verba d. L. neq; ex damno pupilli &c. tanquam exceptio sub regulam quod ob levem culpat heredes tutoris non condemnentur, poterunt referri: Cum autem Dn. Bachovii sententia admodum subtilis mihi videtur, hinc commodior ac melior explicatio erit, si duæ illæ exceptiones: Neque ex damno pupilli lucrum captatum aut gratia quid præstatum sit, etiam de levi tutoris culpa intelligantur, v. gr. si tutor ex ignorantia vel negligentia ex bonis pupilli quædam retinuerit, putans, ea ad sua bona pertinere, vel, si ex negligentia donaverit ex bonis pupilli, ubi opus non fuit. Dantur autem nonnulli qui tres illas limitationes ita explicant: Heres tutoris non tenetur de dolo & lata culpa defuncti, nisi vel lis cum tute tuerit contestata, vel ad heredes lucrum aliquod ex dolo tutoris cum damno pupilli pervenerit vel quid gratia præstatum sit à tute Alberic: ad L. fin. ff. de fidejuss. & nominat: tutor: Verum hanc explicationem non procedere erudit ostendit Hahn: ad Wesenb. d. I. Alii adhuc putant d. I. i. non in genere loqui de actione tutelæ sed de penalitate, ita, ut hic sensus esset: Heredes tutoris non tenentur judicio penalii, nisi lis cum defuncto fuerit contestata &c. Mev. P. 8. D. 21. n. 14. 16.

Præstat autem ut singulas limitationes paulo prolixius consideremus.

sideremus. Prima est: si lis cum defuncto tutori jam fuerit
contestata. Ratio hujus exceptionis est, quod litis contesta- 54
tio sit quasi contractus L. 3. §. II. ff. de Pecul. Mart. ad Ord. Jud.
Sax. tit. 5. §. 4. n. 19. nam alter liti se committendo tacite se
obligasse videtur ad illud præstandum, quod adjudicatum
fuerit Stryck. de A. F. J. S. I. m. g. §. 48: hinc quoq; actio-
nes, alias ad heredes non transitoriae, v. gr. penales, lite
contestata ad heredes transeunt. Huic rationi accedit 55
alia, quod per Litis contestationem actio cum iis qualita-
tibus, quæ in persona defuncti locum habebant, adverlus
heredes porrigitur. Ekholt. ad ff. tit. de tutel. & ration.
disfrab: §. 3: Qualis enim actio cœpta est contra tutorem,
qui utiq; ex levi culpa condemnatus fuisset, talis etiam in
heredes continuari debet Bachov: ad Treutl. Vol. 2. Dis. 9.
tit. lit. D. E. Hac ratione motus, quoq; defendeo, quod 56
in iis casibus, in quibus ipse tutor præstare tenetur cul-
pam levissimam post litem contestatam etiam ejus heres
ad eam teneatur, & sic intelligo. Christinæum Vol. 2. Dec.
117 n. 1. ubi dicit, quod etiam heres tutoris teneatur de-
culpa levissima quando lis contestata.

Secunda limitatio est, quando ex damno pupilli lu- 57
crum captatum. Cujus evidentissima ratio, quod nemo
debeat locupletior fieri cum alterius damno, contra æqui-
tatis naturalis rationem. L. nam hoc natura 14. ff. de Con-
dict: Indebit: L. 206. ff. de R. J. qvare si unus de lucro, al-
ter vero de damno vitando certat, hujus conditio sem-
per potior est. L. 6. §. II. ff. quæ in Fraud. credit.

Tertia limitatio est; si gratia qvid præstitum sit v. 58
gr: Si tutor potuit aliquid acquirere pupillo & aliis per-
misit Montan: de Jure Tutel: Cap: 39. n. 90. vel si ex ho-
nis pupilli donaverit qvid alicui Hahn ad Wesenb: tit:
de Tut: & rat: disfrab: n. 4. ad verb: Ejusq; successores. Dona-

re vero tutor non potest, quia donare non est boni patrisfamilias. L. 22. & 46. §. fin. ff. de administr. & peric.
 tutor. L. 12. §. pen. ff. eod. L. fin. ff. de Curat. furios. add. Die
 Fürstl. Sächsische Eysenachische Vormundschaffts Ord-
 nung de anno 1670. vers. Bielweniger dem Mündlein
 60 etwas zu verschenclen. Mey. P. 8. D. 372. n. 5. Hinc qvoqve in-
 Saxonia tutor Geradam suæ Curandæ vel pupillæ
 61 donare prohibetur Carpzov. in tr. de Irationatione
Gerade Cap. 2. n. 37 sqq. Qvicquid igitur tutor donat, de
 suo exsolvere tenetur. arg: L. 4. C. de Annon: & trib: nisi
 justissimas donandi causas habuerit, quo pertinebant
 munera solennia parentibus cognatisq; missa L. 12. §. 3.
 de administr. & peric. tutor. non vero nuptialia L. 13. §. 1. ff.
 eod. qvoniam hæc non sunt solennia, id est donari solita,
 magisq; sunt voluntaria quam necessaria L. 1. §. 5. ff. de tutel.
 & ration. distract. Hodie vero dona nuptialia pertinent
 ad solennia munera, & ideo tutor ea matri, sorori, fratri
 dare potest, maximè si persona sit nobilis, aut alias dives,
 illaq; munera pro dignitate pupilli & more quantitateq;
 usitata dentur arg: L. 12. §. 3. & L. 13. pr. ff. de administr. & peric.
 cul. tutor. Brunnem. ad d. E. 13. n. 6

62

63

64

Quæ in toto hoc Capite de culpa ab heredibus tuto-
 rum praeständâ dicta sunt, ea non restringenda ad tutorum
 gerentium, seu qvi actu ipso administrarunt, heredes,
 sed extendi quoq; possunt (I) ad heredes eorum qui hono-
 rarii appellantur, & reliqvorum observatores sunt, iiscq;
 consilio assistunt. Ut enim tutores honorarii, salvo be-
 neficio Ordinis, judicio tutela tenentur, si tutores
 gerentem male conversari viderint, & tamen suspectum
 non fecerint, item si assidue rationem ab eo non exegerint,
 cur hoc vel illud fecerit, nec curaverint pecuniam utiliter
 collocari

collocari L. 3. §. 2. ff. de administr. & peric. tutor. Brunnem:
 ad di L. 3. n. 7. sqq: Klock: Conf. 67. n. 12. Montan. de Jure
 tutel. C. 26. n. 63. ita quoq; eorum heredes propter culpam 65
 latam regulariter tenentur excusso prius tute gerente,
 ejusq; heredibus L. 6. C. Arbitr. tutel: ibiq; Gothofred: li. K.
 (II) Heredes magistratus regulariter non nisi de culpa 66
 lata Magistratus tenentur L. 4 & 6. ff. & L. 2. C. de Magistrat:
 conven: Montan: d. tr: Cap. 32. reg: 17. n. 47. 48. Myler: ab
 Ehrenbach: in Hyparchol: Cap: 37. §. 3. Wissenb: ad ff. P. t.
 Disput: 53. th: 6. Philipp: Knipp: Chuld: Tr: de Jurib & Pri-
 vileg: Civitat: Imperial. Lib. 5. C. 17. n. 21. Perez: ad Cod:
 Tit: de Magistr: Conv. n. 1. sqq: Christinæus Vol: 3. Dec: 181.
 n. 11 ubi n. 4. addit: hanc actionem contra Magistratum 67
 in Gallia cessare, quia difficultas repetendi suum à Judice
 nimis gravis & magna foret. Imo eam hodie in genere
 cessare contendit Ludovic: Bugnonius de Legibus abrogatis
 L. 1. art. 1. Treutl: Vol: 2. diss: 9. th: 7. Lit. E. Alii vero
 horum sententiam temperant, nisi ex dolo Magistratus,
 vel lata culpa, quæ æquatur dolo, agatur Wissenb: d. l.
 th: 8. Verum adhuc hodie hanc actionem contra Ma- 68
 gistratum institui posse, recte defendit Philipp: in Us: Pr:
 J. Lib: I. Eclog. 89. etiam propter levem Magistratus culpam, 69
 id quod patet ex Nov. Decis: Saxon: XLI. §. Wir wollen
 aber hierbey alle Obrigkeit ernstlich ermahnet haben / ih-
 rem Amte hierin ein Genügen zu thun / und die Unmün-
 digen wann darum bey ihnen angeschubet / oder sonst das
 Absierend der Eltern zu ihrer Wissenschaft kommt / zu
 rechter Zeit zu Verhütung dergleichen Ungelegenheit mit
 Vorwänden zu versehen / wiedrigens als Sie denselben vor
 allen Schaden der ihnen aus dieser Säumnis zu wachen
 möchte

möchte/ selbsten hasten/ auch der Straffe/ auf vorherge-
 70 hende Summarische Cognition gewürdig seyn. Est autem
 hæc actio tam quoad Magistratum ipsum quam etiam
 quoad ejus heredes subsidiaria, hoc est , non datur nisi
 excusis tutoribus gerentibus, honorariis, fidejussoribus
 & nominatoribus tutorum L. 4. C. de Magistr: conv. ibiq: Go-
 thor Christin: d. 1. n. 3. hinc quoque in §. 2. J. de satidat: tutor.
 71 hæc actio vocatur *ultimum præsidium* (III) Extensio gene-
 raliter fieri potest ad omnium administratorum heredes,
 quod scilicet hi non nisi de lata culpa defuncti administra-
 toris teneantur, ratio enim , quod scilicet difficile sit ex
 aliena administratione rationes reddere , generalis est.
 72 (IV) & ultimo adhuc disquiritur, an dicta qvoq; pertineant
 ad fidejussorum heredes, ita , ut hi non nisi illud damnum
 restituere teneantur, quam quod oritur ex culpa lata tuto-
 73 ris defuncti ? Non autem puto extensionem admitten-
 dam hic esse , sed heredes fidejussoris etiam ad levem
 culpam ex administratione tutelæ defuncti teneri, seqven-
 74 tibus motus rationibus : Primo enim natura fidejussi-
 onis est, ut plena securitas inde præstetur L. 1. ff. qui satis-
 dare cogantur, quæ vero cessaret, si fidejussoris heredes
 75 tantum de lata culpa defuncti tutoris tenerentur. Deinde
 fidejussor simpliciter damnum , à tutorе datum , pupillo
 refundere tenetur , sive culpa lata sive levi datum sit
 Faber: ad Cod. L. 5. T. 33 def. 5 ergo etiam fidejussoris here-
 des , quia regulariter eodem modo, uti defunctus, tenen-
 76 tur L. 2. §. 2. ff. de V. O. Et denique tertio nulla lex adest,
 quæ qvoad heredes fidejussorum exceptionem facit, sine
 legibus autem loqui erubescendum est Nov. 18 C. 5. & sine
 77 iis nihil statuendum Carpzov: L. 5. Rep. 33. n. 30. Imo ex L. 3.
 ff. de

ff. de fidejussor. & nominat. tutor. colligi potest, heredes fidejussorum ita teneri, uti ipse tutor. Ulpianus enim c. l. ita ait: Etiam fidejussorem & heredes fidejussoris ad rationem eandem usurarum revocandos esse constat, ad quam & tutor revocatur.

Coronidis loco adhuc ventilanda est quæstio: An 78
heredes tutoris ad juramentū credulitatis, se scilicet crede-
re, Tutorem bona fide tutelam administrasse & sic nul-
lam admisisse culpam, admittendi sint? Et recte nega-
tive decisa est proposita quæstio, teste Dn. Lynckero Dec:
872. ibi: So ist gesprochen daß das anerbote[n]e juramen- 79
tum credulitatis nicht staat habe / & porro: Und zwar
könne die Wittib bey solcher Bewandtniß / daß ihr nicht
anders wissend als daß ihr Mann mit der Formundschafft
redlich umgangen sey / nicht zugelassen werden / nicht
so wohl quod super facto alieno juraturus nec volens
admittatur L. II. §. 2. rer: amotar, ohne daß in schick-
lichen Fällen die Juramenta credulitatis de eo, quod quis
audivit & credit, pro confirmanda veritate wohl Staat
finden mögen Coler. 1. Dec. 116. n. 7. Als vielmehr weil die
opinio vidua dieser Sache/da man des defuncti Beschul-
digung vor Augen hat/ den Auschlag nicht geben mögen:
Indem deshalb den Unmündigen gleich wohl der
Schade und Abgang ersehen werden müsse/wann schon
die Wittib erhalten möchten/ daß sie von ihren Mann
die beste Vermuthung habe. Et tamen Juramentum
credulitatis super eo, quod controversum est, defertur,
non ad fidem faciendam, sed ad supplendum hoc, quod
in fide defuncti constituit, & pro ea præsumptiones adhuc
Carpzov, III. Resp: 61. Mey. P. 1. D. 161. n. 5. Nunc ad
CAP. III.

CAP. III.
Sistens
CASUS IN QVIBUS CULPA
LATA TUTORIS AB HEREDIBUS
PRÆSTANDA.

Premissa connexione n. 1. 2.
Ob culpam latam tutoris
heredes tenentur
(1) Si tutor neque se excusa-
verit neque administrave-
rit n. 3. 4.
Modo tutor jure sit datus n. 5.
Et sciverit se datum esse tu-
torem n. 6. 7. 8.
Secus ergo si ignoraverit, mo-
do non fuerit ignorantia
crassa n. 9.
Quæ sit ignorantia crassa n.
10. seqq.
(2) Si defunctus omiserit in-
ventarii confectionem n.
13.
Inventarii confectionio magna
necessitas est n. 14. seqq.
Tutor eam omittens in dolo est
17.
Cuius limitationes 18.
Alias juratur contra eum in
item n. 19. 20.

Hodie à tute re editur jurata
bonorum specificatio n. 21.
Limitatur n. 22.
Heredes non tenentur ad ju-
ratam specificationem n. 23.
Neg. contra eos juratur in li-
tem n. 24.
Limitatur n. 25. 26.
(3) Si tutor culpa latâ pupil-
lum abstinuerit ab heredi-
tate 27.
Secus si factum est culpa levè
tutoris n. 28. seqq.
(4) Si Tutor non inquisiverit
in ejus facultates cui mu-
tuum dedit n. 31. 32.
Secus si omnem adhibuerit
diligentiam n. 33.
(5) Si tutor pupillo plenam
non acquisiverit securita-
tem n. 34. seqq.
(6) Si pecunia pupilli in arca
fuerit otiosa n. 38. 39.
Limitatur.

- Limitatur n. 40.
 An tutor pecuniam pupillito
 recondere potest si pupillus (10) Si tutor res pupilli que
 aliunde habeat unde vivere
 re possit? n. 41. servando servari non poter-
 erunt non alienaverit. n.
 Rationes pro aff. n. 42. 60. sqq.
 Verior autem est sententia
 negativa n. 43. 44.
 Quæ limitatur n. 45.
 (7) Si tutor pecunia pupillari
 ipse usus sit n. 46.
 Non autem tenentur heredes
 ad usuras centesimas n.
 47. seqq.
 Nonnulli dicunt usuras cen-
 tesimas per L. 26. C. de usu-
 ris fuisse abrogatas n. 50. 51.
 Verior est sententia contraria
 n. 52. 53.
 (8) Si tutor in debito exigendo
 moram admiserit n. 54. sqq.
 (9) Si ad heredes ex re pupilli
 aliquid pervenerit n. 57. 58.
 An quæsta à tute durante
- tutela presumuntur que-
 sita de bonis pupilli? n. 59.
 (10) Si tutor res pupilli que
 servando servari non poter-
 erunt non alienaverit. n.
 (11) Si tutor propter omis-
 sione defensionem pupillo da-
 minum dederit n. 64. sqq.
 An tutor pupillum vel mino-
 rem defendere tenetur in
 iudicio criminali n. 67.
 aff. de jure Civili n. 68.
 Hodie vero negatur n. 69. 70.
 (12) Si tutor non solverit Ca-
 nonem intratriennium
 n. 71.
 Hodie vero cessat actio n. 72.
 (13) Si res pupilli per culpam
 tutoris latam fuerint abla-
 te. n. 73.
 (14) Si tutor res pupilli proprio
 nomine oppigneraverit n. 74
 sqq.

TUrisprudentia nostra disciplina practica est, quæ non
 consistit in nudâ contemplatione, sed potissimum
 iustici officium, in applicatione versatur, scire enim
 Leges, non est, verba earum tenere, sed vim ac potesta-
 tem L. 17. ff. de Legibus. Hujus ergo memor non potui
 subsistere,

34 CAP. III. SIST. CASUS IN QVIBUS CULPA

subsistere, quod in præcedenti capite probaverim, Leges ita dispositisse, quod heredes culpam tantum latam tutoris præstare debeant, sed mei officii esse duxi, ut post inquisitionem Juris etiam allaborem, quomodo illud ad casus obvenientes applicari possit. Tenentur itaq; heredes.

1. Si aliquis datus est Tutor, qui neq; tutelæ se immisceruit, neq; justa impedimenta intra tempus legitimum ^{so.} se dierum §. 16. f. de Excusat. vel hodie in quibusdam locis statim per Jus Pruten. L. 2. tit. 6. art. 4. §. 7. alibi intra triduum, alibi intra XIV. dies, alibi intra mensem vel duos menses aut terminum Saxonicum, alibi aliter vid. Dn. Hopp. in Comm. add. §. 16. intit. hoc. allegavit ob qvæ recusavit subire onus tutelæ interim tamen damnunataliqvod rebus pupilli accidit, vid. L. 2. C. de hered. Tutor. vel Curat. ibi: Pater vester Tutor vel Curator datus, se non excusavit, non ideo vos minus heredes ejus tutelle vel utili judicio conveniri potestis, quod eum tutelam vel curam non administrasse dicitis, nam & cessationis ratio redadenda est; add. Montan de Jure Tutel. Cap. 49. n. 81. Verba autem d. Legis simpliciter accipienda non sunt, sed probe distinguendum est an tutor jure sit datus an non jure, de casu priore loquitur Lex all. non vero de casu posteriori, ubi ne quidem ipse tutor de culpa & negligentia sua tenetur L. 40. ff. de administr. & peric. Tutor. ergo multo minus ejus heres vid. L. 8. pr. ff de sidejussor. & nominat. Tutor. ibit herede s. ejus, qui non jure Tutor vel Curator datus, administrationi se non immisceruit dolum & culpam præstare non debere. Montan: d. l. n. 91. Si vero jure datus, porro distingvendum, an sciverit se datum esse tutorem, an vero ignoraverit Perez: ad Cod. L. 5. tit. 37. n. 10. Si scivit tutor, tunc

tunc ejus culpa lata quæ dolo proximæ est, dilucidò ap-
paret. Est enim negligentia crassa id omittere, ex quo
pupillis irreparabile damnum evenire potest. Damnum
autem hoc imminet, quoniam nemo est, qui personam
pupilli tuerit, ejusq; bona administrat, quæ omnium in-
fultiibus obvia sunt. Hoc igitur modo heredes tutoris 8
pupillos indemnes præstare obligati sunt, licet dicant,
defunctum ignorasse, qvod se excusare deberet, alias
enim causas excusandi omnino allegasset, in lata enim
culpa est qui ignorat, qvod omnes scire debent Gail. L. I.
Obs. 43. n. 17. Si vero heredes tutoris defuncti ignoran-
tiā allegant, iterum perpendendum an ignorantia fue-
rit justa, quæ in dubio præsumitur, nisi probetur scientia
C Præsumitur de R. J. in 6to. an vero crassa & affectata; Illo
casu audiendi sunt heredes, non vero hōc. Crassam
ignorantiam autem hic voco (1) si tutor tæpius citatus 10
fit ad eum confirmandum, ille vero emanferit sine justa
causa, tunc enim pro legitime citato & confirmato habe-
tur (2) si omnes in civitate sciant, hunc vel illum con-
stitutum esse tutorem, latam enim culpam allegat &
dolum præsumptum, qui dicit, se ignorare qvod omnes
sciant, dum scire potuit, sed noluit, qvia dissimulavit.
Et quidni heredes teneantur, cum ejusmodi crassa igno-
rantia pro scientia habeatur? Gail. d. I. n. 17. Montan:
de Jure Tute. Cap. 26. n. 47. Simili modo heredes con- 12
veniendi sunt, si defunctus literas à Magistratu acceperit,
in quibus nominatus est tutor, ad easque intratempus
legitimum non responderit, hoc enim casu per accepta-
tionem literarum, & omissam contradictionem tacite

E:

approbavit

approbavit tutelam sibi delatam. Excellent: Dn. Praes
in Dissert. de Acceptat. Liter. Cap. 3. n. 63.

- 13 II. Heredes damnum refundere tenentur pupillo, quod ob omisiam inventarii confectionem incurrit. Lata enim culpa est imo dolus id negligere, quod maxime necessarium. Licet enim se lennis inventarii confectione tantum sit juris positivi, non vero gentium vel naturae Richt: Dec: 58 n. 29. ea tamen tantae necessitatis est, ut etiam omnis administrator ad eam teneatur Mev: P. 5. D. 249. quidni etiam tutor? vid. L. Tutores 24. C. de administrat: Tutel. vel Curat. L. fin. §. 1. C. Arbitr. Tut Mev: ad ius Lubo. L. 1. tit. 7. Art. 13. n. 2 seq. Perez ad Cod. L. 5. tit. 37. n. 20.
- 14 15 Nec sufficit designatio Patris defuncti, quia inventarium originem habere debet a tutori Dn. Theodos. Schöepff: de Stat. Viduitat. mutat. P. 1. C. 9. n. 23. Inventarium enim est caput & fundamentum reddendarum rationem, adeo ut absq; illorationes reddi nequeant Carpz. P. 2. C. II. def. 4. n. 23. & def. 6. Richt: Dec. 13. n. 25. Si igitur tutor inventarii confectionem neglexerit, id dolo fecisse praesumitur L. 7. prif. de Administrat. & peric. Tut. L. fin. §. 1. C. Arbitr. Tutel: Christineus in Comm. ad Leges municip. Mechl. Tit. 19. art. 10. n. 5. Mev. P. p. Dec. 281. n. 1. Nisi forte aliqua necessaria & justissima causa allegari possit, cur id factum non sit d. L. 7. pr. Mev. d. l. n. 5. 6. 7. 8 v:gr: si pater in testamento prohibuerit inventarii confectionem, vel quando pupillus inops bonorum tantum non habet, quod Re: pertorii solenni confectione dignum Mev: P. 4. D. 8. n. 6.
- 16 17 18 19 Sine hac justissima causa vero juratur contra tutorum juramentum in item vid Cap. præc n 18. Montan. de jure Tuto. & Curat: Cap. 32. R. 6, ubi a n 5 usque ad 15. octo adduxit

duxit ampliationes . qvod contra tutorem juretur in
litem , inter qvas & hæc est , qvod tutores vel curato-
res non excusentur , licet dicant , etiam cum juramento ,
se confecisse inventarium , sed perdidisse , nisi probave-
rint casum vel amissionem . Tenentur enim ea diligen-
ter custodire , nec creditur eorum juramento , qvod ea
perdiderint , idem repetit Reg. 8. n. 9. add. Christinaeus 20
Vol. 3. Dec. 162. n. 6. ubi n. 7. tractat qvæstionem annon in
dicto casu hereditis tutoris juramento credendum sit. Alii
affirmant ; alii vero negant ; alii dicunt , qvod , si de gra-
vi pupilli præjudicio agatur rejiciendum sit juramentum
hereditis , si vero de levi , tunc admittendum ad diluen-
dam præsumptionem , qvæ ultima lenteia mihi quoq;
arridet. Hodie vero in casu non confessi inventarii , à 21
tutore præstatur jurata bonorum pupilli specificatio ,
utpote qvæ æqvipollent inventario Richt. Dec. 18. n. 8. ibig
prajud. Carpz. P. 2. C. II. def. 6. n. 7. ibique praj. Mevius ad
Jus Lub. P. 2. T. 2. art. 27. in additam : ad n. 19. nisi tutor 22
fit homo malæ & suspectæ fidei , vel si jurare nolit , tunc
adhuc hodie locum habere posset juramentum in litem
Carpz. P. 3. C. 33. def. 16. Richt. d. 1. n. 43. ibique prajud. ubi
refert , hoc juramentum in litem etiam præstandum esse
si tutor rationes reddere neqvir. Licet vero heredes tu-
toris ad damnum illud , qvod pupillus ob non factum 23
inventarium sentit , respondere teneantur , attamen ad
juratam specificationem adstringi non possunt , qvia ju-
ram ignorantiae causam habere censentur L. qui in al-
terius 42. ffide R. J. L. verius 21. ff. de Probat. add. Carpzov. d.
C. 33. def. 14. neqve admittetur contra eos juramentum in 24
litem , uti in Cap. præc. ex. L. 4. & 5. C. de in litem jurand.

E3

jam

jam probavi add. Mev. p. 8. D. 22. n. 15. Carpz. P. 1. Dec. 73. ubi rationem hanc generalem dat, qvod ex dolo alterius in item non juretur L. 1. C. Quand. ex fact. tutor. Limitatur vero (1) Si heres reperta in hereditate instrumenta dolo malo non exhibeat L. 1. C. d. t. Brunn. ad d. 1. n. 2. scqq. Carpz. Dec. 74. add. L. 4. pr. ff. de fidejuss. & nominat. tutor. ibi. Cum permittatur adversus heredem ex proprio dolo jurari in item. Cessante vero dolo, culpa, & fraude heredis juramentum in item quoque cessat L. 2. C. d. t. (2) limitatur, si his curia defuncto iure fit contenta L. 4. C. d. t. Brunn. ad. dd. LL. n. 13. arg. L. fin. ff. de fidejuss. tutor. vel Curat. Christin. Vol. 3. Dec. 155. n. 4. Dixi antea, qvod etiam obculpam heredis jurari possit in item, cui graviter obstat L. 4. §. fin. ff. de in lit. jurand. ubi dicitur, qvod ob culpam non juretur in item, sed estimatio a Judice sit facienda. Verum (1) respondeo in d. 1. 4 non intelligitur culpa, qvæ dolo æqviparatur, sed levis (2) in nostro casu ob culpam etiam latam locus est Juramento in item, modo heres Tutoris eam commilerit arg: L. 2. C. de in lit. jurand. add. Brunn. ad L. 1. 2. 4. 5. C. d. t.

III. Obligantur Tutoris heredes, si Tutor propter (2) æs alienum qvod tamē totam hereditatem non absorbet, dolo, si scilicet sciverit hereditatem longe excedere æs alienum, & in favorem creditorum, vel propter proprium commodum, abstinuerit pupillum ab hereditate paterna. Imo tutor, qui inconsideranter vel dolo 28 pupillum abstinuit hereditate, potest suspectus accusari L. 3. §. 17. ff. de Suspect. Tut. Qvoties vero hoc factum est per negligentiam seu culpam levem tutoris, toties solus tutor, non vero ejus heres, propter hoc lucrum cessans, & qvod

& qvod non consulte pupillum abstinuerit, tenetur vid.
L. 4. C. Arbitr. tut. L. 18. ff. de Tut. & rat. distracta. Tutor ³⁹
 enim diligenter inquirere tenetur, an expedit nomine
 pupilli hereditatem adire, si enim damnosam adierit, vel
 lucrosam repudiaverit, semper damnum temere aditæ vel
 contemta hereditatis sarcire debet *L. 11. ff. de Autorit. &*
Conf. Tut. L. 17. 18. ff. Locat. Imo in genere dicendum: ⁴⁰
 Quoties tutor aliquid acquirere potuit, qvod non acqui-
 sivit, toties non solum ipse *L. quicquid 7. C. Arbitr. tut. sed*
 & ejus heredes conveniri possunt. Nicol. Everhard. Vol.

I. Conf. 59. n. 2.

IV. Conveniendi sunt heredes tutoris si tutor ³¹
 pecuniam pupilli mutuo dederit alicui, in cuius faculta-
 tes plane non inquisivit. Latā enim culpa est id non
 observare, qvod omnes homines observare solent. *L. 213. &*
223. pr. ff. d. V. S. Qvis enim qvæso tam imprudenter in
 pecunia sua elocanda versari vellet, ut non antea probe
 perscrutaretur illius facultates, quem mutuo dando sibi
 obligari vult? Multo magis dicta procedunt, si tutor ³²
 sciens obærato, seu ei, qvi non solvendo est pecuniam
 pupilli crediderit, hoc enim casu verus tutoris dolus
 est Richt. *Dec. 14. n. 7.* Si autem tutor omnem adhibuit ³³
 diligentiam & tempore contracti mutui debitores sol-
 vendo fuerunt, postea vero bonis lapsi; tunc tutor ex eo
 non tenetur, multo minus ejus heredes, periculum enim
 nominum ad Tutores vel Curatores non pertinet Carpz.
p. 2. C. II. def. 24. Richt. d. l. n. 2. f. qq. Præterea culpa caret
 is, qvi facitea, quæ diligentissimus quisq; paterfamilias
 observaturus fuisset. *L. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. L. 25. §. 7. ff. Locat.*

V. Obstricti sunt heredes, si tutor in contrahendo ³⁴
 mutuo

mutuo pupillo plenam non acquisiverit securitatem v.g.
si libro publico mutuum inscribi negligat, vel, ut stylo
germanico, in patria mea usitato, me explicem.

35 Wenn er es nicht zu Stadt-Buch verschreiben lassen. Hac enim
debita omnibus aliis privatis hypothecis, imo etiam iis,
quæ in Civitate coram inferiori Judice constitutæ.

36 Vor den Nieder Gerichten in Städten præferuntur Mev. ad
Jus Lub.P.3. Tit.4. art. i. n. 28. & lib. 1. art. 12. n. 62. Idem

qvoq; dicendum, si tutor nullam hypothecam
pupillo constitui curavit, sed privatis obligationibus
37 contentus tuit. Et ita Jenz pronunciatum esse refert

Richt. Dec. 14.n. 7. Die weil der Vormund in die 1000
Gulden hinweg/ und mehrtheils in die Fremde gelichen/
und fast lauter privat Obligationes, ohne gnugstahme Unterpfand/
angenommen/ so ist eure Curandin die von ihrem
Vormund/ Zeit seiner wehrenden Tute, in diesen gefähr-
lichen Zeiten angelichene Gelder an staat haarer præstation
anzunehmen / oder solche auf Ihre eigene Unterkosten einzu-
mahnen/ und des Verlustes derer / so keine Bezahlung
zu leisten vermögen/ zu gewarten nicht schuldig/ sondern
des Vormundes Erben dazu verbunden.

38 VI. Heredes tutoris illius pecunia, quæ in arca
fuit otiosa, usuras præstare tenentur L. 7. §. 13. ff. de admi-
nistr. & peric. Tutor. Montan. de Jure Tutel Cap. 39.n. 84.

39 Cum enim pupillus ex reditu, hinc usuris pecunia legi-
timis & usitatis sit alendus, & quidem ut semper ex reditu
quid supersit, L. 3. §. 1. ff. ubi pupill. educ. vel morari debeat,
add. Jus Lub. L. 1. Tit. 7. art. 7. Von den Renten aber
sollen die Kinder nothdürftig unterhalten und was davon
übrig bleibt/ ihnen zur Rechenschaft gebracht und be-
zahlet

Zahlet werden / hinc in lata culpa versatur tutor , si id
 omittat , quod ad pupilli alimenta pertinet. Dicta au.⁴⁰
 tem limitantur (1) si periculum sit , pararam pecuniam
 tuto non possit mutuo dari , (2) quando tutor pecu-
 niarii pupillarem credere non potuit , qvia nemo ad,
 fuit cui crederet L. 3. C. de Usur. pupilli. (3) quando de-
 bita minora particulariter accepit , & ad sustentandum
 pupillum reservavit , (4.) quando usuras exactas non
 accepit (5.) quando parentes in ultima voluntate
 prohibuerunt , ne pecunia mutuo detur. Richt. Dec. 11.
 „ 7. 8. 9. Christinæus Vol. 5. Dec. 196. n. 13. statuit , qvod ,⁴¹
 ubi redditus prædiorum sufficiunt pupillo vel adulto ,
 administrator ejus non teneatur pecuniam fœnori dare ,
 sed caute recondere. Desumisit torte hanc suam sen-⁴²
 tentiam ex Nov. 72. C. 6. & Auth. Novissime C. de administr.
 & peric. tut. ubi cautum , quod tutor vel Curator pecu-
 niarii pupilli fœnori exponere non teneatur , nisi in eum
 casum , qvando negotiorum pupilli administratio , ejusq;
 vitæ tuendæ ratio necessario hoc exposcit. add. Joh.
 Göppen. in Us. Pr. J. Lib. 1. Obs. 66. n. 12. Valde⁴³
 autem dubito , qvin hæc sententia ubiq; locorum rece-
 pta & approbata sit , quin potius abrogato jure Novel-
 larum , jus Digestorum atq; Codicis in foro receptum
 sit , ita ut hodie tutores licito lucro & fœnori , secundum
 morem regionis pecuniam pupillarem exponere debe-
 ant , etiamsi pupillus aliunde vivere possit , & si hoc
 neglexerit , usuras , vel id quod interest , pupillis refun-
 dere teneantur. L. 7. §. 3. §. 11. L. 13. §. 1. L. 15. ff & L. 3. C.
 de Administr. & peric. tut. L. 2. C. de Usur. pupilli. Hahn. ad
 Welsenb. tit. de administr. & peric. tut. n. 4. ad v. Itaq;
 sic est

F

sic est

42 CAP. III. SIST. CASUS IN QVIBUS CULPA

- si cesseret Cothm. Vol. 4. Resp. 9. n. 69. Carpz. P. 2. C. 11. D. 22.
n. 4. Matth. Steph. ad d. Nov. 72. n. 29 & 30. Covarruv.
L. 3. Resol. C. 2. n. 1. Montan. de Jure Tute. & Curat. C.
32. reg. 9. n. 189. & 208. Mevius ad Jus Lub. L. 1. Tit. 17.
art. 13. n. 31. sqq. In Jure enim Lub: haec leguntur verba:
Es mögen die Bormünder die Jährlichen Renten / hin
wiederum belegen / ubi verbum mögen non ad arbitri-
um tutoris referendum, sed ad officii necessitatem
- 44 Mey. d. 1. n. 33. Consentit cum hisce Perez. ad Cod.
L. 5. Tit. 37. n. 14. cum hâc tamen distinctione: quod, si
tota pupilli substantia consistat in pecunia, & ingens sit
ejus summa, tunc tœnori sit exponenda, si vero modica
sit summa, tunc non teneantur tutores eam exponere
aut redditus ex ea comparare, sed officio suo satisfaci-
ant pecuniam conservando. Si vero tutor in tali loco
versatur, ubi d. Nov. 72. in usu est, non solum ipse, sed
& ejus heredes absolvendi eruat. Culpa enim caret
qui facit, quod consuetum est fieri vid. Nicol. Everhard:
a Middelburg in loc. argum. Legal. loc. 104. n. 12.
in med.
- 46 VII. Obligantur heredes tutoris, si tutor pecuniam
pupillarem, in arca otioam, sine consentiu Contutoris,
& sic claram, in proprios usus converterit. Fraudis enim
atq; dolî hoc casu argui potest tutor, omnis enim
clandestinitas laborat præsumptione fraudis Carpz. Lib. 2.
- 47 Iprd. Eccles. def. 33. n. 8. Sed an heredes tutoris etiam
tenentur ad usuras centesimas, ad qvas Jure Rom.
tutor tenebatur L. 1. C. d. Usur. pupill. L. 7. §. 4. ff. de admi-
nist. Tur. modo de versione in rem tutoris evidenter
constet L. 38. ff. de negot. gest. Montan. de Jure Tute. C. 2.
reg. 9

reg. 9. n. 207. sqq Brunn. ad L. 7. §. 4 ff. d. t. n. 20. Non 48
 autem puto heredes ad eas teneri, qvoniā usuræ maxime in pœnam tutoris constitutæ sunt, nulla Lex vero adest, quæ ad heredes tutoris extensionem facit, hinc Lex pœnali stricte est interpretanda. Tenentur itaq; heredes tantum ad usuras ex more regionis usitatas, ad quas etiam de Jure Rom. ipse tutor tantum tenebatur, si pecuniam pupillarem palam & aperte contatore auctore, in inutuum accepit L. non existimo s. 4. ff. de admis. niffr. & peric. tut. Mev. ad Jus Lub. L. 1. tit. 7. art. 7. n. II. Imo hodie qvoad heredes tutoris oriolam existimo 49
 hanc qvæstionem, qvoniā usuræ centesimæ qvoad ipsos tutores cessant Brunn. ad L. 7. §. 4. ff. d. t. n. 21. & ad L. 4. C. de Usur. pupill. n. fin. quod autem tutor præter usuras ordinarias adhuc hodie extra ordinem plecti possit, nullum est dubium. Imo hanc pœnam extraordinariam præter usuras centesimas dictandam esse ex Roland. à Valle Conf. 49. n. 26. refert Montan: d. C. 32.
 reg. 9. n. 212. De eo adhuc inter Doctores acriter controvertitur, annon hæ usuræ centesimæ de Jure jam Justinianæ sint abrogatae per constitutionem Justiniani in L. 26. C. de Usur. ubi exceptis paucis casibus semiſiles usuræ pro maximis constituuntur. Sunt qui affirmativam tenuent ex ratione, qvod in d. L. usuræ pupillaris pecuniæ non excipiuntur, videntur in generali regula contineri; exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis vid: pl. Rauchb. part. 3. qu. 26. n. 27. sqq. Mev. ad Jus Lub. L. 1. Tit. 7. art. 7. n. 13. Contraria vero sententia verior videtur, usuras nempe centesimas adhuc post L. 26. C. de usuri obtinuisse, nec per illam fuisse abrogatas Brunn. ad L. 1. C. de Usur. pupill.

F 2

Lex

or

51

52

44 CAP. III. SIST. CASUS IN QUIBUS CULP A

53 Lex enim generalis posterior specialem priorem non tollit, & Lex prior mutata per novam non intelligitur, nisi expresse & nominatim illud significetur L. 32. §. 6. C. de appellat: Bocer: de Invest. feud. cap: 4. n. 63. idque etiam procedit, quatenus lex posterior habeat clausulam derogatoriam, aut dictionem taxativam Card: Tusch: tom: 2. lit: C. conclus: 1036. n. 4. sqq.

54 VIII. Contra heredes tutoris agi potest, si tutor post tempus solutionis jam præterlapsum, in debito item exigendo moram admiserit, etiam à se ipso Gothofr. ad L. 3. C. de hered. Tut. vel Curat. lit. c. ibi: Heredes tutoris tenentur ex eo, quod defunctus à se vel ab alio non exegit. add. L. Tutor. 69. ff. de fidejuss. L. si pupilli 6. §. fin. ff. de negot. gest. L. 1. §. 4. ff. de administr. & peric. Tutor Montan: de Jure Tutel: Cap. 32. reg. 9. n. 17. & 26. Tutor enim in lata culpa fuit. vid: Myler. ab Ehrenbach. in

55 Hyparchol. Cap. 16. §. 48. Idem quoque obtinet, si tutor non compulerit ad solvendum, quem scivit aut facile conjectit facultatibus labi. Huic enim uti nemo bonus paterfamilias fortem inutilem sub discrimine diutius relinqvit, ita per legitima remedia non compellens facit, quod nemo sanæ mentis homo facturus, ideo se latæ negligentiæ reum fecit, Mevius P. 8. D. 76. n. 11. Vigilantibus enim jura sunt scripta, &c., qui tunc, cum debitor facultatibus labitur, non vigilat, suæ negligentiæ acceptum ferre tenetur L. 24. ff. Qua in

56 fraud: Creditor. Multo magis tenetur heres, si debitum toties quoties oblatum fuerit à debitore, tutor vero nihilominus in acceptando cessaverit.

57 IX. Actio tutelæ contra heredes tutoris danda est,

est, si ex re pupilli vel adulti aliquid ad eos pervenerit
L. 4. C. de hered. Tutor. vel Curat. ibi q̄ Gothonred. lit. F.
 hoc enim casu omnes actiones alias ad heredes non
 transitoriae v. gr. ex delicto in heredes dantur *L. in be-*
redem ad ff. de dolo malo Brunn. ad d. L. 4. Montan. de
Jure Tutel. Cap. 33. n. 86. Nec puto hoc casu ob solam la- 58
tam culpam heredes teneri, sed etiam ob levem & levissi-
mam, qvacunq; ratione ex facto tutoris ad heredes ex
re pupilli aliquid pervenit, id quod ex generalibus d. L. 4.
verbis satis appareat. Occasione hujus paucis hic qværo: 59
An quæsita à Tute durante tutela præsumantur
quæsita de bonis pupilli? Propositi am qvæstionem
in thesi & regula nego, nisi tutor sit pauper ac negligens
& nullius industria, vel nisi res acquista aliquando
suerit minoris vel pupilli vid. pl. Christin. Vol. 3. Dec.
163. n. 3. vid. 140. Arbitr. Tutel.

X. Heredes tutoris *damnum resarcire debent* 60
pupillo, qvod ex omissa alienatione rerum, qvæ ser-
vando servari non possunt, passus est. Qvamvis enim 61
tutor in alienandis pupilli bonis admodū cautus esse de-
beat, adeò, ut nulla bona tam mobilia pretiosa qvā iñno-
*bilia sine Decreto alienari possint *L. 12. C. de administ.**
tut. vel Curat. ibi q̄ Gothonred. lit. F add. t. t. C. de
prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel
obligandis Wissenb. ad ff. P. 1. Diff. 53. th. 9. sqq. nisi tutor
in alienatione rei immobilis sine Decreto fecutus sit
voluntatem Patris, licet illa declarata fuerit in testa-
mento irrito aut invalido; Nic. Everhard. V. 2. Conf.
18. n. 18. Eorum tamen bonorum, qvæ servando servari 62
non possunt, alienatio indistincte tutoribus concessa

46 CAP. III. SIST. CASUS IN QUIBUS CULPA

- d. L. 22. in fin. L. 7. §. 1. ff. de administr. & peric. Tutor.
Richt. Dec. 13. n. 10. ibid. prajud. Struv. in Ipral. L. 1. Tit.
36 21. §. 11. Si igitur tutor rerum pupillarum vitium scive-
rit, v. gr. si in hereditate repertæ fuerint vestes detritæ
usu, seu corruptæ vermisbus d. L. 22. in f. & tamen-
eas non alienaverit, hanc alienationis omissionem,
culpæ latæ tutoris annumerandam esse, extra omne
dubitatem positum est. Species enim non levis sed
latæ culpæ est, non facere quod fieri solitum est Klock.
Conf. 133. n. 76.
- 64 XI Heredes Tutoris omne damnum, quod pupillus
ex recusatione defensionis, à tutore facta, passus est,
resarcire coguntur. Cum enim tutoris præcipuum
officium sit, ne indefensum pupillum relinquit L. 30.
ff. de administr. & peric. tut. tutor culpæ latæ, imodoli,
argui potest, dum id omittit, quod ad ejus officium
pertinet, qui dolus satis expreslus est in L. fin. pr. C. de
administr. Tut. Præterea tutor neglexit ea, ad quæ
specialiter se obligavit juramento, ab initio tutelæ præ-
stato, utpote in quo continetur, quod pupillum defen-
surus sit, daß er der Pupillen Persohnen und Güter
versprechen und verwahren wolle vid. Rec. Imp. de Anno
1548. tit. Vonder Pupillen Ordinat. Polit. de anno 1577.
- 65 66 Tit. 32. §. 3. & Ord. Cam. P. 1. Cap. 76 Qvamvis autem
hoc juramentum hodie non soleat præstari, sed sub
manu stipulata Handgelübde oder Handrectunge omnia
juramenta capita promittere receptum sit Mev. ad Jus
Lub. L. 1. b. 7. a. 2. n. 45. cuius rationem addit Joh. Cöppen,
in Us. Pr. J. L. 1. Obs. 53. n. 13. in fin. qvia sc. longe diffici-
lius foret tutores invenire, si ad jurandum insuper
adigerentur

adigerentur & compellerentur; graviter tamen peccat, nec culpæ latæ præsumptionem effugit, qui sciens contra hanc promissionem agit. Occasione
 hujus paucis agitanda erit qvæstio: An Tutor vel ⁶⁷
Curator pupillum sive minorem in causa criminali, sive
 conveniatur, sive alium conveniat, suam aut suorum
 injuriam vindicans L. 7. ff. de Accusat. defendere debeat?
De Jure Civili Justinianæo affirmativa sententia sine ⁶⁸
 dubio obtinet, adeò, ut alias Judicium sit ipso jure nul-
 lum, vid. L. Clarum 4. C. de Autorit. præst. & t. t. C. Qui
 legit. pers. stand. & confessio minoris rei, facta in judicio-
 criminali sine Curatore, ei non noceat & læsus restitua-
 tur Montan. de Jure Tutel. C. 32. reg. 9. n. 63. ubi à n. 65:
 usq; ad 72. multas adduxit ampliationes, & n. 72. sqq;
 retulit limitationes, qvando scilicet minor ex confessio-
 ne, sine curatore factâ, valide obligatur add. Gothofred.
 in not. ad d. L. 4. Hodie vero in praxi minoribus in cri-
 minalibus non concedi solere Curatores affirmat Dn.
 Brunnen. ad d. L. 4. C. n. 2. quia hodie cessat ratio Juris
 Rom. in d. L. Clarum 4. expresa **Judex** enim Criminalis
 circumspectus esse debet in Judicio criminali, in quo minor-
 rennis inquiritur, ne in lubrico etatis erret, & quis tam
 inhumanus esset **Judex**, & crudelis, qui non malit parcer
 re magis, minori præserim, quam ex confessione conde-
 mnare, cum alias **Judex** semper defensionem inquisiti ex officio
 suscipere debeat. Innocentiam enim defendere divinum
 opus est, sed nocentes eximere pene diabolicum, sunt verba
 Dn. Brunn: d. L. n. 3. 4. Eadem hanc praxin in Italia
 & Gallia receptam esse, ex ratione, qvod in delictis mi-
 nor ²⁵ annis, major tamen 14 annis habeatur in omni
 bus

bus pro majore, præcipue si delictum confitetur, anno-
tavit Gothofred: ad L. 4. lit. m. In regnis Hispanicis
vero Jus Rom: adhuc obtinet Id. d. l.

71 XII. Heredes Tutoris actione tutelæ pulsare
licet ad solvendum omne interesse, si tutor canonem de
fundo emphyteutico intra triennium non solverit do-
mino emphyteuseos, & propterea fundum emphyteu-
ticum amiserit pupillus, qvia tutor in culpa lata fuisse
præsumitur L. 13. C. de Adm. Tute Montan: d. l. n. 2. 81.

72 Hodie vero omnis cessabit actio, qvia contra pupil-
lum & minorem illa triennalis præscriptio non currit
Brunnem: ad L. 21. & 32. C. de administr. Tute n. 4. Sed
dormire dicitur Brunnem: ad L. 3. C de præscript. 30. vel 40.
annor. Exceptionem autem faciunt in præscriptione
conventionali qvam currere dicunt contra minorem v.
gr. si pater pupilli emerit fundum cum pacto Legis
commissoriæ per L. 38. ff. de minor. ibiq Brunn. n. 5. Qvæ
tamen sententia ab ipso Imperatore videtur correcta in
d. L. 38. pr. circa fin. Vid. Brunnem. ad d. L. n. 1. 2. Add.
Diss. Dn. Stryckii qvam pro gradu ad hunc casum con-
scriptis. Alii adhuc excipiunt præscriptionem legalem
longi temporis contradictum inchoatam, & putant
qvod illa continuetur in pupillo sed cum sperstitutio-
nis. Verum recte improbata est horum sententia à Dn:
Brunn. ad d. L. C. de præscr. 30. & 40. annor. n. 12. sqq.

73 XIII. Heredes obligati sunt, si tutor res pupilli in
ædibus suis habeat, noctu vero ostia domus claudere
negligat, ita ut res pupilli furto auferantur. Idem di-
cendum, si tutor res pupilli pretiosas v. gr. gemmas,
aurum, argentum in loco, omnibus patulo, habuerit.

Hic

His enim casibus culpa tutoris lata appetet Hopp. in
Comm. ad §. 2. tit. de Obl. ad v. aut enim ex contractu p.m. 187.

XIV. Heredes tenentur actione tutelæ, si Tutor, ex arca pupillari, in qua res pupilli conservabantur, incisi contutoribus aliquid alii proprio nomine oppignoravit. Iuanis quidem hæc disputatio videtur, qvoniam Jure Civili rem alienam, invito domino, obligari non posse certissimum est, per L. 6.C. Si alien. respign. data sit, sed Dominodatur Rei vindicatio adversus quemcumq; rei oppignoratæ possessorem, & Creditori adversus debitorem regressus conceditur actione pignoratitia contraria. At vero, qvoniam accidere potest, ut res oppi gnorata apud terrum possessorem pereat, & qvia in iis locis vivimus, ubi Jus Lubecense viget, quô in casu dato Rei vindicatio cessat, & pupillis reservata est actio adversus tutorem oppignorantem teste Mevio, ad Jue Lubec. P. 3. T. 2. A. 2. n. 16. hinc multum interfuit, ut inquisiverim; an Actio tutelæ adversus heredes Tutoris in casu dato etiam porrigi possit?

Sufficientiam hi casus pro demonstranda culpa latutoris ab heredibus praestanda. Ordo itaq; in praemine promissus me ducit ad

CAP. IV.

considerans

CASUS, IN QVIBUS NE QVI DEM CULPA LATA TUTORIS AB HEREDIBUS PRÆSTANDA.

SUMMARIA.

Connexio nes m- I₉ | **A**n heredes tutoris se-
Gumentum

nentur de lata culpa si
adultus post mortem tu-
toris relata actione de rai-
zioni bus distractabendis in-
stitutat actionem tutelarē

n. 2.

Deciditur quæstio præjudi-
cialis: an mutatio Libelli
post L. C. sit licita? n. 3.
seqq.

Quid ergo de priori casu
sit statuendum vid: n.

14. seqq.

Heredes tutoris conveniri
nequeunt, si à tute re ad-
huc vivente adultus se-
pius provocatus fuerit ad
judicium, ipsi, non com-
parenti silentium fuerit
impositum n. 18. 19. 20.
Successor seudalis non tene-
tur de tutela allodiali

n. 21. 22.

Limitatur n. 23. 24.
Nonnulli putant filium feu-
dum separare posse ab
allodio confessio inventa-
rio. n. 25.

Contraria autem sententia
verior & receptio est.
n. 26.

An heredes liberati sunt, si
tutor adulto sepius obtulit
rationes ad eas examina-
nandas per adultum
autem stetit quo mie-
nus redditus sunt?

Aff. nonnulli n. 27.

Præjud. n. 28.

Rationes pro aff. n. 29. sqq.

Negativa autem sententia
verior n. 33.

Cujus rationes n. 34-35.

Ad rationes pro aff: milia
tantes resp. cum Dn^s
Schilt. n. 36.

Tenentur a heredes de culpa
lata tutoris, licet pater
pupilli dixerit tutori &
ejus heredibus, remissam
esse debere rationum reda-
ditionem n. 37. 38.

Quod probatur n. 39. sqq.

Nisi ipse adultus tempore
reddendarum rationum
eam remiserit tutori n.

43. sqq.

Alii heredes tutoris à culpa
lata tutoris liberant, si
tutor adhibuerit consenso
sum cognitorum n. 45.

Contraria

Contraria autem sententia
verior n. 46. 47.
An situtor per quietantiam
generalem jam liberatus
sit, ejus heredes denuo
conveniri possunt? Neg.
n. 48.
Limitatur (1) nisi dolo libe-
ratio obtenta à tutore
n. 49.

Quomodo probatur ille dol-
n. 50. seqq.
(2) Limitatur, si probatur
error calculi n. 51.
Adducuntur remedia quibus
potest securitas prestatur
tutori ejusque heredibus
n. 54. 55.
Conclusio n. 56.

Explicatis in præcedenti Capite casibus, in quibus
heredes ex administratione tutelæ defuncti de
culpa tantum lata respondere tenentur, nunc
considerandum erit, quando heredes plane non,
ne quidem de culpa lata defuncti convenienti sunt.
Huc autem refero primò, si adversus Tutorem institu-
ta fuerit actio de rationibus distrahendis sive *disjungen-*
dis Shilt: ad ff. Ex: 37. §. 166, ubi hanc actionem ex
LL. XII. tabb. esse probat, ad duplum illius, quod ex
bonis pupilli abstulit &c. in ratioes non retulit L. I. §.
10 ff. de Tut. & ration. distrah. Tutor vero litam con-
testatur & sic actor suam intentionem probare injun-
gitur, hoc facto tutor decedit. Actor autem videns,
se in actione de rationibus distrahendis suam intentio-
nem probare non posse, reliquit eā adversus tutoris here-
des instituere vult Actionem tutelæ, putans se in eā cul-
pam latam tutoris facilius probare posse. Quæritur
itaque an hoc casu heredes de lata culpa tutoris respon-
dere teneantur? Decisio hujus quæstionis dependet ab 3
G 2 eo

eo , an hæc mutatio libelli Actori sit permissa § Sane,
 si quaestio de mutatione libelli in genere formetur, Do-
 tores admodum inter se discrepant , an illa post Li-
 tem contestatam adhuc locum habere possit. Jus
 Romanum quod attinet , plerique affirmativam tuen-
 tur per §. 35. J. de Act. ibi : Si quis aliud pro alio inten-
 derit , nihil eum periclitari placet , sed in eodem judicio , co-
 gnita veritate , errorem suum corrigere ei permittitur add.
 L. Edita 3. C. de Edendo . In Saxonia autem certum est ,
 quod post Litem Contestatam vel praesitam Guar-
 dam mutationem libelli amplius permissa non est , per clara
 verba Const. El. XI. part. I. ibi : Wann die Gewehr
 angelobet / oder der Krieg pure befestiget / der Krieger
 nicht mehr Macht haben soll die Klage zu ändern. Ean-
 dem quoq; sententiam tanquam in praxi receptam
 defendunt Hahn. ad Wesenb. Tit. de Edendo n. 8. ad v.
 tamen communis Brunnerm. ad L. 4ff. de Noxal. act n. 13.
 vid. Esbach. ad Carpz. P. II. C. II. d. 1. ad verb. post litem. Illustr.
 Dn. Stryck. in Introd. ad Prax. Cap. 7. §. 12. Dn. Hopp. ad
 §. 35. J. de act. in Us. hod. Ineo autem omnes fere Doctores
 conveniunt , quod , si Actor post Litem contestatam
 libellum mutet , reo expensas restituere teneatur , per
 priorern vitiosam petitionem causatas Hopp. add. §. 35.
 ad verb. errorem suum corrigere , qvia mutatio non debet
 vergere in tertii præjudicium . Qva sententia posita
 fere conspirat cum eâ , qvâ dispositum , quod post litem
 Contestatam prior actio plane deserit & nova institui
 possit , quod non tantum de Jure Communi qvam
 optime procedit , sed etiam in Saxonia expresse con-
 statutum est vid: Johannis Georgii I. Ord: Jud: Saxon: iii: 5.
 g. da

§. da auch einer. 4 ibi: Er wolte dan die vorige Klage ganz fallen lassen und eine neue fürbringen/ auf solchen fall ist er gleichwohl den beklagten die Unkosten auf Richterliche Ermässigung zu erstatten schuldig.
 Attrauen hoc casu magna hæc differentia adhuc superest, qvod, si mutatio permitta sit post L. C. novæ exceptiones dilatoriaæ admittit non possint. Si vero penitus novus instituatur processus novæ quoq; admittendæ sunt exceptiones dilatoriaæ & causaex integro agenda Dn. Stryck. in *Introduct. ad Prax. C. 7. §. 13.* Imo 10
 qvoties actiones ita sunt comparatae, ut altera alteram non tollat neq; consumat, toties dixerim, novum libellum adhuc formari posse etiam post sententiam, quod probo L. 12. §. 1. ff. de *Auguir.* vel amitt. poss. L. 14. §. f. ff. de *Except. reijud.* L. 88. ff. de *furr.* L. 1. ff. *Arbor. furt.* c. f. L. 130. ff. de *R. J.* & L. 60. ff. de *Obl.* & *Act.* Verum dicta omnia fallunt in eo casu, si actiones elective concurrunt, sic enim institutâ unâ actione altera plane exspirat §. 1. J. quod cum eo qui in aliena potestate §. 16. J. de *Obl.* quæ ex del. nasc: Graviter autem obstat L. 4. §. 3. ff. de *noxal. del.* ex qvâ apparet usqve ad sententiam etiam in electiis actionibus mutationem permittam esse. At vero Doctores statuunt mutationem libelli tantum licitam esse usqve ad L. C. Martin. ad *Ord. Jud.* *Saxi tit. 5. §. 3. n.* 4. qvæ sententia etiam mihi probabilis videtur, qvia per Litis contestationem non tantum contrahitur, sed etiam in aliis materiis tempus L. C. respicitur. L. 15. ff. d. R. V. Add. L. 4. vero responderem singulare hoc esse in actione noxali. Ex dictis itaque sua sponte fluit, in nostro casu omnem mutandi facultatem denegandam esse

G 3

54 CAP. IV. CONS. CAS. IN QUIB. NE QUID.

esse Actori, quoniam Actio de Rationibus distrahen-
dis & actio tutelæ elective concurrent adest, ut illâ
electâ ad hanc recursus amplius non detur L. i. §. 21. ff.
15 de tutel. & ratione distrahab. Non solum autem actio
de rationibus distrahendis consumit actionem tutelæ,
16 sed & vice versa hæc illam d. L. i. §. 21. licet hoc ultimo
casu dissentiat Hahn: ad Welenbr. Tit. de tut. & rat.
distrah. n. 6. ad verb. licet altera alterum tollat. Verba ejus
ita sonant: *Concursu hic est actionis rei persecutoria &*
penalis, & absurdum videtur illam hanc tollere, quod tamen
dicitur in L. i. §. 21. d. t. Sed responderi potest, consumi
quidem & ita tolli actionem de rationibus distrahendis per
tutelæ actionem, sed non simpliciter & in totum, verum
quoad partem tantum, & ratione simplici ad quod aliâs
tutelæ actio competit. Cum ergo actor per institutam
actionem de Rationibus distrahendis actionem tutelæ,
perdidit, in illa autem propter probationis defectum
succumbere necesse sit, hinc sequitur heredes tutoris
â culpæ latæ præstatione liberos immunesq; esse, quoni-
am nullô jure ad eam præstandam cogi possunt.

17 Secundo Heredes Tutorum & curatorum â culpæ
latæ præstatione immunes sunt, si tutor vel Curator
contra Adulterum adversus futuram Calumniam eo usus
 fuerit remedio, quod præscriptum est in L. 4. C. de Usur;
pupil; v. gr. Si denunciationibus frequenter interpositis
ad Judicium adulterum provocaverit, ac, si rem dissimu-
latione protulerit actis apud Præsidem Provinciæ, seu
Superiorem, factis, voluntatis suæ rationem declarave-
rit, hoc enim facto tam sibi ipsi quam securitati filiorum
suum consuluit. De hac L. 4. pluribus legi meretur Chri-
stian.

tin. vol. 3. Dec: 166. n. 9. 10. Non absimile ab hoc re-
medio est Practica L. Si contendat. 28. ff. de fid ejus: ex quā
Tutor Adulturn citari facit, ut in termino præfixo veni-
at, rationes reddi videat, & sua monita proponat,
Tutoris exceptiones contra ea audiat, aut in casum non
factæ comparitionis perpetuum sibi imponi patiatur
silentium. Hac itaqve provocatione facta, & Adulto
non comparente, post binam sc. citationem Martin:
ad Ord. Jud. Sax. Tit. 1. §. 5. n. 78 seqq. Silentii impositio seque-
tur, quæ heredibus Tutoris plenam præstabit securita-
tem. Iniquum enim est officium Tutoris ipsi esse datt.
nosum, aut perpetuo ipsum periclitari debere arg. d. L. 4.

19

20

21

22

23

24

Tertio successor feudalis, qui repudiato allodio
in solum feudum succedit, obligatus non est ex feudo
damnum resarcire, quod defunctus per latam culpam in
tutela allodiali dedit, hoc enim casu pupillo feudū obliga-
tum non est, & agnato feudum ab allodio separare licet
2. F. 45. pr. Nec obstat quod tamen defuncto Tutori suc-
cedat. Respondeo enim succedit ei non ut heres
sed ex jure primæ investituræ. Limitantur autem
dicta (1.) Si tutela fuerit feudal, tunc enim omnes
in feudum succedentes præstare tenentur culpam latam
Tutoris defuncti. Qvicquid enim juris est, in tutela
vel Curatela allodiali, illud etiam juris est in feudali,
adeo, ut etiam bona feudalia tacite sint obligata pupil-
lo Dn. Stryck. in Exam. Jur. feud. C. 7. qu. 25. 26. add.
Mart. ad Ord. Jud. Sax. Tit. 45. §. 14. n. 1. seqq. & n. 15. seqq.
modo tutor à Domino feudi constitutus sit, per hoc
enim in obligationem feudalem tacite consensisse cen-
fetur (2.) Limitatur, si defuncto Tutori successor
ejus filius, hic enim factum defuncti tutoris indistincte
præstare tenetur, licet in solum feudum succedere velit,
filius.

56 CAP. IV. CONS. CAS. IN QVIE. NE QVID.

- filius enim feudum ab allodio separare nequit 2. F. 45. & 2.
25 F. 51. §. filius Struv. ins. J. F. C. g. th. ii. Et quamvis Gail. L. 1.
Obs. 15. 4. n. 16. statuat, filium separare posse feudum ab al-
lodio si inventarium conficiat, & sic non teneri ad aës
alienum ex feudo solvendum, Mynl. C. 3. Obs. 67.
n. 9. Schrad. V. 1 Conf. 20. n. 32. Welsenb. P. 1. Cons. 15. n. 86. &
26 P. 5. Conf. 242. n. 5. 6. Hæc tamen sententia commu-
niter à Doctoribus est reprobata Carpz. P. 2. C. 47. d. 6.
Struv. S. J. F. C. 14. aph. 30. n. 5. Richt. Dec. 79. n. 9. quia in
Jure feudalí non est fundata. Filius igitur succedit in-
feudum ut heres. heres vero ad omne aës alienum tene-
tur Carpz. P. 3. C. 14. D. 17.
- 27 Memoratis exemplis, in qvibus heredes Tutoris
à rationum redditione & culpæ late præstatione immu-
nes sunt, nonnulli Doctores adhuc addunt, qvando Tu-
tor vel Curator sæpius se ad reddendas rationes obtulit,
& eum, cui reddendæ sunt, ad videndum, calculandum
& examinandum easdem admonuit, semper autem per
eum, cui redi debent, stetit, quo minus redderentur
aut dispungerentur ita, ut Tutor protestatus tuerit:
Se & heredes suos nolle amplius obligatos esse vid. Christo-
phil. Philipp. Richt. Dec. 13. n. 24. ibiq allegati ubi refert
Jenæ Mensl. Aug. Anno 16. 4. ad requisitionem Hans
Reichards von Wangenheim und Friedrich Jobsten
von Wangenheim Erben/ ita pronunciatum esse: Das
dieselbe weiter Bormundshaffts Rechnung zu leisten
und die angegebene Defecta zu erschen unverbunden.
Idem præjudicium affert à JCtis Marpurgensibus & Co-
burgensibus. Rationes allegatae sententiae sunt sequen-
tes (1) qvod Adultus in mora fuerit, dum sæpe à Tute-
re oblata est ipsi rationum redditio, quam tamen semper in-
juste
- 28
- 29

CULPA LATA TUTORIS AB HERED. PRÆST. 57

juste distulit, jam vero unicuique sua mora nocet, L. 173.
§. 2. ff. de R. J. adeo, ut omne periculum ad moratorem
seu moræ autorem pertineat Jacob: Gothofr. in Comm. ad d.
L. (2.) qvod culpa adulti factum sit ne rationes redditæ 30
sint. Si igitur ex omissa hac rationum redditione damnum
sentiat, illud sentire non videtur, L. 203. ff. de R. J. & sic
solus ex sua culpa tenetur, nec alios v.lgr. heredes tutoris
ad communionem danni vocare potest (3) quod adultus 32
in dolo fuisse, & mortem tutoris exspectasse præsumatur,
ut eo facilius heredes, qui in probabili ignorantia verfan-
tur illaqueat Brunn. ad L. ait, Prator. 3. ff. de negot. gest. n. 8.
ibique alleg: Deniq (4) qvod protestatio conservet jus pro- 33
testantis L. 4. §. 1. ff. Qvib. mod. pign. vel hypoth. L. Proherede
20. §. 1. ff. de A. H. L. 8. §. 6. ff. d. i. Barbos. L. 14. C. 102. ax. 3.
Qvamvis vero allegatae rationes satis probabiles sint,
attamen contrariam sententiam, heredem sc. in casu dato 34
à rationum redditione & culpæ latæ præstatione non libe-
rari, veriorem puto, qvam etiam defendit Dn. Carpzov.
Dec. 75. ubi n. 16. præjud. & d. n. 6. usq; ad i4. leqventes
adduxit rationes: (1.) qvia Tutores vel eorum heredes
jure sunt obligati ad rationum redditionem L. 1. §. 3. ff. de
Tut. & rat. distrab. hinc non possunt sese per protestatio-
nem ab hac liberare: (2) qvod protestatio declaratoria
voluntatis in his, quæ non dependent à voluntate prote-
stantis sed à voluntate alterius nihil plane operetur (3)
non valer protestatio in alterius præjudicium (4) defumta
est ab administratoribus Civitatis, qui nomine Civitatis
cum aliis contrahentes, licet expresse protestati fuerint,
se nolle esse ex contractu illo obligatos, protestatio tamen
hæc eos non relevat, quidni ergo idem de Tute ejusq;
heredibus statuendum esset? Hisce addo quod privata
denuncia. 35

58 CAP. IV. CONS. CAS. IN QUIB. NE QUID.

denunciatio ad recipiendas rationes pupillo, à tute r facta,
non sufficiat ad liberandum tutorem ejusq; heredes vid.
Brunnem. ad L. 62. ff. de fidejuss. n. 1. 21. & ad L. 16. §. ult. ff.
eod. licet contrarium statuat ad L. 95. ff. de soluto. n. ult. add.

36 Hering. de fidejuss. C. 20. §. 15. n. 27. Ad rationes autem
pro affirmativa antea adductas Dn. Schilt: adff. exerc. 37. §.
170. scite jam respondit seqventem in modum: Non
seqvitur statim: Hic præsumitur ex mora sua fovere
malam causam & vexare velle adverfarium rationes offe-
rentem: igitur rationes pro redditis sunt habenda. Ete-
nim et si creditor, qui à vivo debitore non petuit debitum,
præsumitur habere malam causam ut Menoch: ibi & L.
3. præf. 135. n. 19. ostendit, propterea tamen debitum non
statim habetur pro soluto; nisi præscriptione temporis
repellatur Idem Menoch. d. Præf. 135. n. 3. saltem decennali
Mev. P. . D. 79. similiter & hoc casu rationes pro redditis
propterea non statim habendæ, quod moram recipienda
fecerit adultus. Scilicet nec mora adulti nec protestatio
Tutoris obligationem ad reddendas rationes solvit, sed
protestatio in mora constituit adulterum, mora vero præ-
sumptionem duntaxat excitat contra eum, jus quæsitum
non tollit; sed accedat oportet aut Lex aut Judicis com-
minatio sub pena præclusionis.

37 Quid si vero Pater pupilli in testamento disposu-
erit Tutori & ejus heredibus remissam esse debere ra-
tionum redditionem an tunc heredes quoque absolvendi
à culpæ Latæ præstatione? Videtur quidem affirma-
tive respondendum esse, ex ratione, quod alias remissio
Testatoris quo ad heredes nullum haberet effectum,
quoniam hi non nisi ad culpam latam præstandam tenen-
tiguntur. At vero non puto, hanc remissionem ad ea, quæ cul-
pa

pa lata & dolo Tutoris commissa, extendendam esse
quia dolus semper exclusus est in omni negotio &
quia non potuit a testatore remitti tutori vid: L.
27. §. 3. ff. de Pact. L. 17. pr. ff. Commod: L. 1. §. 7. ff. Deposit L.
23. ff. de R. J. ne daret materiam delinqvendi Carpz. P. 2. C.
II. def: 4. n. 6. Montan: C. 18. n. 37. ubi n. 38. hoc extendit,
etiamsi dictum tuerit per testatorem qvod omne velit 39
restitui per heredem, in qvod fuerit condemnatus, Idem
repetit Cap. 39. n. 47: add: Dn: Schilt: ad ff. Ex: 37. §. 1. 67.
Per talen igitur remissionem negligentia solummodo 40
tutoris remissa censetur & ne in rationum redditionem
scrupulosa fiat inqvisitio Dn: Stryck. in C. C. S. 3. C. 2. §. 1.
infin. add: L. 5. §. 7. ff. de admin: & peric: tut: ibi: Quidam
decedens filius suis dederat tutorem, & adjecerat eos anecl- 41
gistro effe volo, hoc est, rationes reddere non tenentur Brunn:
ad d. L. 5. n. 6. Et ait Julianus tutores, nisi bonam fidem in admis-
tratione praestiterint, damnari debere: quamvis testamento
comprehensum sit, ut aneclogisti effent, nec eo nomine ex
causa fideicommissi quicquam consequi debebant, ut ait Julianus;
& est vera ista sententia, nemo enim jus publicam remis-
tere potest hujusmodi cautionibus, nec mutare formam anti-
quitatis constitutam add: L. 8. §. 6. & L. 9. ff. de Liberat: legat:
Probatur porro sententia nostra ex jure Saxonico veteri,
ubi tutor legitimus, futurus pupilli heres, etiam erat 42
avercōsitus, nihilominus tamen de culpa lata rationes red-
dere tenebatur Conf: Brunn. ad. d. L. 9. ff. de lib: leg: Id:
ad L. 5. §. 7. ff. de admm: tut: Et sic certissimum est, heredes
a præstatione culpæ latæ tutoris liberatos non esse. Aliter
autem dicendum, si tutor tempore reddendarum rationū 43
eas accurate reddere non potuerit, is vero cui redden-
das

60 CAP. IV. CONS. CAS. IN QUBUS NE QUID.

dæ erant, ulteriore rationum redditionem remislerit,
der tutor solle nicht weiter Rechnung thun/ tunc post
mortem tutoris ejus heredes propter culpam latam tuto-
ris conveniri nequeunt. Obstant autem LL. supra ali:
44 qvod dolus & culpa qvæ dolo proxima nullo modo
remitti possit. Respondeo autem Leges loqui de eo, si
in futurum remissio fiat, sicut vero est, si dolus & culpa
jam sit præterita, ubi remissio omnino locum habet vid:
L. 27. §. 3. ff. de pacti versi quamvis ibique Brunn: n. 7.
Cessat enim hic ratio qvod talis remissio invitet ad de-
linquendam, cessante autem ratione Legis cessat ipsa
Legis dispositio. *L. Adigere 6. §. 2. ff. de Jure Patron.*

Sed annon tutoris heredes à culpa lata tutoris libe-
rantur si tutor matris pupilli & proximorum cognato-
rum consilium adhibuerit? Affirmativa sententia ex eo
admodum probabilis videtur, qvia is, qui adhibet con-
silium cognatorum, non videtur admittere culpam la-
tam. Hanc sententiam corroborare videtur *Glossa in*
L. Polla 2. verb: pupillo C. de his qvib: ut indign: L. tutorem,
22. pr: ff d. tibi: Nec quisquam Judicum calumnia notabit
tutorem, qui non suis similitudibus accusationem sub nomine
pupilli insular, sed cogente forte matre vel libertis patris
instantibus. At vero non puto hoc in casu liberari here-
des à præstatione culpæ latæ tutoris, qvoniam nullam
sufficientem video rationem. Tutor enim ipse scire
debet qvid expediat pupillo, neque periculosa cognato-
rum consilia seqvi tenetur. Præterea nulla expressa Lex
46 adeit qvæ hoc in casu libveriat tutoribus eorumque
heredibus. Ad dd. textus autem respondeo cum Dn:
Schilt: *ad ff. Ex: 37. §. 168. ex iis non probari qvod debe-
bat, dum non proponitur culpam latam co[n]fessisse tutorem.*
Ultimo

CULPA LATA TUTORIS AB HERED. PRÆST.

Ultimo adhuc disqviritur, an, si tutor post redditas rationes generali quietantia liberatus sit, heredes ipsius post ejus mortem denuo conveniri possint? In thesi & regula negative respondendum. Rationibus enim semel legitime redditis, & tutore per quietantiam liberato iniquum est de novo agere L. Semel. 2. C. de Epoch. publ. Montan: de jure tut: Cap: 38. n. 118. sqq: Carpz. P. 2 C. II. def: g. n. 2. Hac autem liberatione non obstante non nunquam accidere potest, ut tutor vel eo mortuo ejus heres de novo conveniri possit & quidem (1) si dolo rationes sint redditæ & liberatio obtenta vid. Joh. Cöppen, in Us: Pr: J. L. I. Obs: 66. n. 26. sqq. Mev: ad Jus Lib: L. I. t. 7. a. II. n. 23. sqq: Carpz. d. l. n. 5. sqq. qui dolus probatur (2) quando non confessus liber rationum de acceptis & datis, vel confessus quidem sed confuse, inordinate, & defectuose, Liber rationum enim seu computus continere debet 50 omnia sigillatim, veluti ex tali fundo, & à tali colono tantum & à tali tantum & sic de singulis: non sufficeret enim in genere & in summa dicere tantum expendisse, & tantum recepisse, nam istud non est reddere rationem. Christinæus Vol. 3. Dec. 161. n. 2. (3) quando non exhibentur rationes calculatae (4) quando multa omessa quæ poni debuissent (5) quando adulterus vel etiam major fecit liberationem non visis inventario vel rationibus. (6) quando non observata forma statuti in his vel similibus requisita (7) quando constat de enormi læsione, de singulis vid. pl. Montan. d. l. n. 137. sqq. Et ita 51 quoq[ue] responsum esse meminit Dn. Carpzov. a. l. ubi in fin. Ob ihr nun gleich solcher gethanenen Rechnung halber/ euren Vorwund vor den Recht allhier in gemein quittiret/ und seiner Vormundschafft los gezehlet/ da ihr aber den noch mit seiner Rechnung oder sonst erweisen könnet/ daß gedachter

48

49

50

51

52

62 CAP. IV. CONS. CAS. IN QV. NE QV. CULP. LAT. T. AB H. P.

gedachter Vor Mund euch in vielen Puncten gefehret/
unterschiedliche Posten und Zinsen eingenoommen / und
euch dieselbe nicht berechnet hätte etc. So wäre Euch
solcher Unrichtigen puncten und nicht gerechneter zinsen
halber obgedachter Vor Mund oder nunmehr seine Er-
ben nochmahls zu belangen unbenommen. B. R. W.

53 Liberatio Tutori & ejus heredibus non prouicit
quando probatur error Calculi L. un C. de Errore Calc. L.
47. §. 1. ff. de Pact: Garpz : d. l. n. 3. 4. Calculatio enim
male composita & facta denuo reducenda est, ad rectam
compositionem & veritatem L. Calculi 8. ff. de Admin : rer.
ad Civit. pertinent. Ut vero Tutoribus & heredibus eo-

rum plena securitas post redditas rationes qværatur,
consultum est, illis uti mediis, per quæ ab iterata ratione
isti, qui ad rationes teneantur, absolví solent, quorum
XVI. adduxit Montan. d. C. 38. n. 151. usq; ad n. 188. qvæ
omnia ut hic referam opus non est. Potiora autem sunt
(1) ut Tutor per sententiam Judicis vel Magistratus cal-
culum finalē confirmari curet, (2) ut Juramentum
præstetur de non contraveniendo (3) ut transigatur,
cum res dubia & intricata est (4) ut repetantur rationes
& secundo fiat liberatio.

56 Atque hæc sunt quæ de culpa lata tutoris ab
heredibus præstanda, temporis angustia, qvæ in-
clusus, proferre licuit, Benevolum Lectorem rogans, ut,
si qvæ minus recte asserta ipsi videbuntur, æqui boniq;
consulat, memor illius, qvod in nullo penitus peccare
divinitatis magis qvam mortalitatis, & ipse quoq; homo
sit, adeoq; nec à se errare alienum putabit L. 4. S. 14. C. de
V. J. E. Constit. Tanta de Confirmat. Digest. §. 14. DEO autem
immortali sit laus honor atq; gloria ut exiguo
huic labori exoptatus adsit

FINIS.


Rostock, Diss., 1706-09

X 2373042

✓D 18

Farbkarte #13

B.I.G.



Pr. 34. Num. 22. Bl. 23

DISSERTATIO INAUGURALIS DE **CULPA LATTA** **TUTORIS**

1709. 6.

AB HEREDIBUS PRÆSTANDA

ASSISTENTE DIVINI NUMINIS GRATIA,
CONSENTIENTE MAGNIFICO JCTORUM ORDINE,
PRÆSIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
DN. JOH. JOACH. Schöpffer/

JCTO ET ANTECESS. CELEBERR. COMITE PA-
LAT. CESAREO, CONSISTORII DUCALIS CONSILIARIO NEG
NON CANCELLARIE MECKLENB. VICE-DIRECTORE
GRAVISSIMO, FCTATIS JURID: h. PRO-
DECANO SPECTABILI.

PATRONO, ATQVE PRÆCEPTORE SUO,
AD CINERES USQVE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONORES CONSECVENDI,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENR. TANCK, WISMAR:

AD D. XIX, DEC: A. R. O, MDCCIX. HORIS ANTE- & POMERID:

ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPINGI, SERENISS. PRINC. ET ACAD. TYPOGR.

